us adiutoꝛ noſter in eternū. ⁊ ñ
Juſtinianꝰ impatoꝛ i. l. j. C. ꝺ ve
teri iure enucleando. inqt. Deo
auctore: nr̄m gubernāte iperiū:
quod nobis a celeſti maieſtate
traditum eſt: ⁊ bella feliciter:
pagimꝰ: ⁊ pacē decoramꝰ: ⁊ ſta
tū rei publice ſuſtentamus. Et
ita noſtros aios ad dei oipotē-
tis erigimꝰ adiutoriū: vt neqꝫ
armis ꝯfidamꝰ neqꝫ noſtris mi
litibꝰ: neqꝫ belloꝝ ducibus: vel
noſtro ingenio: ſed omnē ſpem
ad ſolā referamꝰ ſūme ꝓuidē
tiā trinitatis. vnde ⁊ mundi to-
tius elemēta ꝓceſſerunt: ⁊ eoꝝ
diſpoſitio in orbe terrarū pro-
ducta eſt: hec ille. ¶ Tertiuꝫ qꝺ
lex eterna ⁊ diuina vult a nob
eſt charitatis pfectibilitas. Re
quirit nempe deus vt ipſuꝫ per
fecte pre omnibus creaturis di
ligamus. Deut. x. Quid dñs de
us petit a te: niſi vt diligas eū:
ac ſeruias domino deo tuo in
toto corde tuo ⁊ in tota aia tua.
Et Deut. xi. Ama itaqꝫ domi-
num deum tuū ⁊ obſerua p̄ce-
pta eiꝰ. hec ille. Vt huiꝰ igiẗ diē
dilectionis. ⁊ charitatis perfecti
onem ſūmam: nobis inſinuat.
Proſper in libro de vita cōtē-
platiua. Et gratianꝰ in decreti
de pe. d. ij. c. Charitas. vbi ſic in
quit. Charitas ē vt mihi videẗ:
recta volūtas ab omnibꝰ terre

nis ac preſentibus auerſa: iun-
cta vero deo iſepabiliter: ⁊ vni
ta igni quodam ſpiritus ſancti
a quo eſt ⁊ ad quem refertur in
cenſa: inquinamenti omnis ex-
tranea: corruptionis neſcia: nul
li vicio mutabilitatis obnoxia
ſuper omnia que carnaliter di-
liguntur excelſa: afflictionū om
nium potentiſſima: diuine con
templationis auida: in omnibꝰ
ſemper inuicta: ſumma actionuꝫ
bonaruꝫ: ſalus morum: finis ce
leſtium preceptorum: mors cri-
minum: vita virtutū: virtus pu
gnantium: palma victoruꝫ: ani-
ma ſanctarum mentium: cauſa
meritorum bonorum premiuꝫ
perfectorū: ſine qua nullus pla
cuit deo. cum qua nec potuit ali
quis peccarē nec poterit: fructuo
ſa in penitentibus: leta in profi
cientibus: glorioſa in perſeuerā
tibus victorioſa in martyribus
operoſa in omnibus fidelibus.
Ex qua quicquid eſt boni ope-
ris viuit. hec ille. Conetur igi-
tur quiſqꝫ huic diuine legi cor-
de: ore: ⁊ opere conſenſu hic per
gratiam: ⁊ in futuro per glori-
am. Amen.

¶ Feria ſecunda. in quinqua-
geſima: De ludo alearum: ſer-
mo quintus.

Poſtqꝫ flagellauerit
occident eum. Luc.
xviij. Errauerūt nō
nulli vehemēter exi
ſtimātes ⁊ ſecuꝫ falſo reputan-
tes: tēporis ammiſſionem nul-
lum eſſe peccatum. Cōtra quos
Bernardus ait. Omne tēpus
nobis impenſum requiretur a
nobis: qliter ſit expenſum. Jo.
Hiere. ſuam deflens infelicita
teꝫ: lachrimabili voce dicebat.
Vocauit aduerſum me: tēpus
vero luſoribus non incongrue
accomodari, poteſt: contra quos
in nouiſſimo die aduocabitur
tempus. Hoc nāqꝫ cōtempto
ſpretoqꝫ ſacrorū dierū cultu: cuꝫ
iactura ſpiritualis temporaliſ-
qꝫ ſubſtātie circa deteſtabile lu
di peccatum: tempus precioſuꝫ
in vanū expēdunt. Et chriſtum
flagellātes: iterū cū perfidis iu
deis occidunt. Et qꝛ ludus eſt
quodāmodo fons: principiū: ⁊
origo vniuerſorū. Jdcirco de eo
hodierna die locuturus tria pn
cipaliter declarabo.
¶ Primo. Grauationem.
¶ Scdo. Participationem.
¶ Tertio. Reſtitutioneꝫ.
¶ Primo ludi alee ſeu fortune
ↄſiderare debemꝰ grauationē.
tam graue ⁊ horrendū vitiū ē:
vt iſta ↄclo ponat. extracta a. ſ.
Doct. in ſcda ſcde. q. clxviij. ar.



tertio. Ludus alee ſeu fortune
intentus ꝑpter cupiditatem ⁊
auaritiam in notabile damnū
proximi eſt pctm̄ mortale. quod
triplici ratione probatur.
¶ Primo rōne prohibitionis.
¶ Scdo rōne tranſgreſſionis.
¶ Tertio ratione punitionis.
¶ Primo ꝓbatur rōne prohi
bitionis ſic. Jllud quod ꝓhibe
tur ꝑceptorie per legem ciuileꝫ
canonicam: eſt peccatū morta-
le. ſed talis ludus ꝓhibetur pre
ceptorie per legem ciuilem ⁊ ca
nonicam. Nā lex ciuilis preci-
pit vt nullus alterū ledat: vt pꝫ
ff. De iuſticia ⁊ iure. l. iuſticia.
Luſor autem totis viribus co-
natur proximum ledere. adeo vt
ſi poſſet vſqꝫ ad camiſam eum
ſpoliaret. Quapropter ius ciui
le ſpecialiter inuehit cōtra hu-
iuſmodi effrenatos luſores: pro
hibēs ne quis alee ⁊ fortune lu
dat ludo: vt habetur. ff. de alea
toribus per totuꝫ. Jn autentica
de ſanctiſſimis epiſcopis. §. Jn
terdicimus Per legem cano-
nicaꝫ. extra. De vita ⁊ honeſta
te clericorū vbi dicitur. Ad ale-
as vel taxillos non ludant: nec
huiuſmodi ludis interſint. Et
qꝫuis capitulū loquatur de cle
ricis: tamē ⁊ laicis prohibetur
vnde ibi vacat argumentum a
cōtrario ſenſu. quia alibi nō ſo
lum clericis ſed etiaꝫ laicis pro
hibetur. vt pꝫ. d. xxxv. c. j. Leges
enim humane: ſi iuſte ſunt: obli
gant in foro ↄſcientie. vt decla
rat. ſ. Doc. prima ſcde. q. xcvi.
ar. iiij. Jta qꝫ non obſeruantes
eas ſunt in ſtatu dānationis
pꝫ per Auguſtinū ad Boniſa-
cium. Et in decretis. d. ix. Jm-
peratores: vbi dicit. Quicunqꝫ
legibus imperatorum que pro
dei veritate feruntur obtēpera
re nō vult acquirit grande ſup
plicium. hec ille. Et extra. De
maioritate ⁊ obedientia. caplo
ſcdo. Et caplo. Solite. dicitur
Qui nō obedierit pncipi: mor-
te moriatur. ergo ludus taxillo
rū qui ex cupiditate principalr
⁊ in notabile damnū ꝓximi fit
eſt peccatū mortale. ¶ Secūdo
probatur ludum predictuꝫ eſſe
pctm̄ mortale: rōne tranſgreſſi
onis: ſic. Quicūqꝫ trāſgreditur
aliquod preceptū diuine legis
peccant vtiqꝫ mortaliter. Sed
talis luſor tranſgreditur nedū
vnum preceptum diuinum. ſ.
Non cōcupiſces rem proximi
tui: ſed qꝺ grauius eſt oia pre-
cepta legalia tranſgredit ⁊ con
culcat: ergo ludus alee ⁊ carta-
rum eſt pctm̄ mortale. Quod
autē luſor tranſgrediat omnia
precepta dei: patet diſcurren-
do ſingula. Primo trāſgredit

primum preceptum. De adora
tione ⁊ veneratione ac dilecti-
one vnius dei. Colit eniꝫ luſoꝛ
duos vel tres taxillos. Colit y-
magines ⁊ figuras creaturaꝫ.
Nam iſta deo preponit: vñ gl.
ſuper illud apoſtoli. Quoꝝ de-
us venter eſt. dicit. Hoc enim
ab hoie colitur: qđ pre ceteris
diligitur. Subicit.n.ſe luſoꝛ iu-
riſditioni taxilloꝝ: illis obedit:
illos veneratur. adeo vt taxil-
los inuoluat ſerico. ⁊ odore pfu
ſo: apud coꝛ in burſa retineat il
los oſculatur: illis ſe cõmẽdat.
Et ſic maledict⁹ luſoꝛ efficitur
ydolatra peſſimus: qđ eſt pctm̃
maximũ. Peccant ſcđo cõtra
ſcđm preceptũ: qđ eſt. Non aſ
ſumes nomen dei tui in vanũ.
Propriũ eſt vtiqꝫ luſoꝝ men
dacijs vti. ⁊ ſe periurijs arma-
re: dum vnus affirmat: ſua pun
cta apparuiſſe. alius negat: vn⁹
dicit vnũ. alius aliud. In vanũ
certe nomẽ dei aſſumunt. ⁊ qđ
ſceleſtius eſt: nõ deſinunt ma-
ledicta ꝯtra ipm̃ deũ: ꝯtra bea
tam virginẽ: cõtra ſanctos pꝛo
ferre: blaſphemant ⁊ abnegant
fidem. baptiſmũ. euangeliũ. cru
cifixum. Et qđ aliud eſt barata
ria niſi fons omnium blaſphe-
miaꝝ: maledictionũ ⁊ abnegati
onuꝫ? Et qđ eſt barataria niſi
becharia in qua luſoꝛes agnuꝫ

dei chꝛiſtuꝫ aggrediuntur: etiã
cuꝫ armis ac pugnis ymaginẽ
eius ac virginis marie feriũt?
Quid peius referã. Deo oipo
tenti fichas faciunt: ſpuunt: ſtri
dent ꝯtra ipm̃: quẽ pꝛoditoꝛem
appellãt. ⁊ matrẽ eius meretri
cem. Contra tertiũ preceptum
peccant nephãdi luſoꝛes. Quia
quãto ſunt maioꝛa feſta: tanto
libẽtius ſuis baratarijs ea pol
luũt. ⁊ maxime ſacratiſſima fe-
ſta natalis dñi noſtri ieſu xp̃i.
In quibus pr̃ eternus pꝛo no
ſtra ſalute naſci voluit filiũ ſuũ
in hunc mundũ. Maledicti ve
ro luſoꝛes in vituperiũ tante fe
ſtiuitatis ⁊ ꝯtemptum tantoꝛũ
myſterioꝛuꝫ: dies ⁊ noctes du-
cunt inſomnes. diabolicis va-
cantes ludis. imemoꝛes effecti
tantoꝝ beneficioꝛuꝫ. O grande
pctm̃. O celum quõ non abſcõ
dis faciem tuã a nobis? O ſol
quõ non trahis lumen tuum?
O terra quõ nõ contremiſcis?
O homines pij ⁊ iuſti quõ nõ
fletis in taꝫ execranda iniuria
creatoꝛis? Naſcit̃ chꝛiſtus par
uulus. pauper. lugens in pꝛeſe-
pio pꝛo ſalute hominum. ⁊ ecce
blaſphematur in ludo. Hoc eſt
quod faciunt luſoꝛes in agen-
do gratias deo pꝛo beneficio.
Contra quartum preceptum
peccant luſoꝛes. quia non ho-



noꝛant patrẽ neqꝫ matrem. im
mo eos ſpernũt ⁊ vituperãt. Ef
ficiuntur erga eos duri ⁊ obſti-
natiſſimi. Nõ acquieſcũt eoꝝ
admonitionibus. Nõ verẽtur
eoꝛuꝫ ꝯfeſſoꝛes: neqꝫ religioſos
ceteros. Et quod lẽge hoꝛribili
us eſt cũ aliquando perdiderit.
clamãt ꝯtra parentes: iponunt
ſup eos manus ſacrilegas: ma-
ledicunt hoꝛe ꝯceptionis: ⁊ par
tus: maledicũt vberib⁹ matris:
maledicunt animabus: coꝛpoꝛi
bus parentum: auoꝝ ⁊ pꝛoauo
rũ. O peſſimi filij. O dãnatiſſi
mi filij: qs liberabit. vos a gla-
dio iuſtiſſimi dei? Contra quin
tũ preceptũ peccant luſoꝛes. qꝛ
iter eos oboꝛiũtur iurgia: cõtu
melie: lites: arma capiunt: ſe fe
riũt: mutilãt: occidunt. ſicut ac-
cidit Verone ſuperioꝛi anno.
Vnus.n. luſoꝛ pꝛo dñia vni⁹ ſo
lidi fuit occiſus ab altero luſo-
re. Minant̃ filijs q̃tidie ⁊ vxo
ri. Heu miſera vxoꝛ quotiẽs re
uertit̃ maritus luſoꝛ ⁊ ſpurciſſi-
mis verbis eaꝫ aggredit̃: ruit ⁊
ipetit vt leo rugiẽs: occidit pꝛo-
pterea parẽtes. vicinos. amicoſ.
ꝑpinquos. lingua ſua venenatiſ-
ſima murmurãdo. detrahẽdo. ſu
ſurrãdo. ⁊ alioꝝ famã extinguẽ
do. Cõtra ſextũ p̃ceptũ peccant
luſoꝛes. Nã qui ſunt dediti lu-
do cũ nõ habent ad ludẽdũ fu-

rant̃ rapiunt. ⁊ depꝛedantur. vt
a parentibus occulte accipiẽdo
vel a vicinis. vel a magiſtris. ſi
in exercitijs ſunt artiũ mecha-
nicaꝝ: auferũt ab vxoꝛib⁹ ioca-
lia. manichas. coꝛigias: ⁊ veſteſ
⁊ ponũt pꝛo pignoꝛe. ſubtrahũt
neceſſaria familie ſue. ꝑmittunt
ſuos moꝛi fame: ⁊ ſepe in tantã
dementiam veniunt luſoꝛes vt
ꝓpꝛias vxoꝛes vendãt. ⁊ aliqñ
ſeipſos ſpoliãt. alienant omnia
vſqꝫ ad bꝛachas. Contra ſepti-
mũ preceptuꝫ peccant luſoꝛes.
Tales.n. vt plurimũ ſunt laſci-
ui: carnales molleſ. luxurioſi. ſo
domite: meretricatoꝛes. Nec
mirũ. Nã tales ſunt gule dedi
ti. papatoꝛes. igurgitatoꝛes. ebꝛi
oſi. Nũquã ieiunãt etiã in die
veneris ſancti. Exinde oꝛiũtur
cogitationes laſciue. verba ipu
dica: ⁊ innumerabiles actus be-
ſtiales. Contra octauuꝫ p̃ceptũ.
peccãt luſoꝛes teſtificando falſe
Vnus.n. luſoꝛ iniuſte defendit
aliũ. ⁊ ex hoc nullus eis credit.
nullus fidẽ adhibet. omnes eos
fugiunt nullus de eis confidit.
nullus eos vult pꝛo teſtibus. qꝛ
ſunt infames ⁊ teſtificari non
poſſunt. Oſtenduntur digito: ⁊
merito: quia ab omni veritate
ſunt alieni. Contra decimũ pre
ceptum peccant luſoꝛes: quia
ex quo ocioſi ſunt: non labo-

rantes non acquirentes ſua in
duſtria res alienas deſiderant
ꝛ p pbas ꝛ nephas eas vellent
habere.Et qs poſſet o deꝰenar
rare diluuiū peccatoꝝ: abhomi
nationū ꝛ offenſionū luſoꝝ.Et
quis poſſet explicare inconueni
entia que inde ſequūtur: Audi
Baſiliū in examerō.Jocus re-
miſſam efficit animā ꝛ inutilez
dei p̄cepta impedit:nec delicta
ſua poteſt ad memoriā reuoca-
re:ſed obliuiſcens eoꝛuz nec ſe
inſtigat ad penitentiā ꝛ ita pau
latim omnibus bonis pꝛiuatur
h̄ ille.Talem enim ludū etiam.
pagani abhominantur. Vnde
Tulius in pꝛimo de officijs.
Vnū genꝰ iocandi eſt illibera
le:petulās:flagitioſum:obſcenū
h̄ ille.Quid turpius dicemꝰ cō
tra peſſimos luſores: Sunt.n.
coꝛruptoꝛes ciuitatū ꝛ rerū pu-
blicarum:ſunt deuiatoꝛes iuue
nū:ſunt confuſoꝛes parentelle
ſunt totius vite humane ſcāda
lum:ſunt dyabolici incarnati:
ſunt ſentina ꝛ cloacha omniū
fetoꝛū ꝛ criminū.Jn eis regnat
peccatū ſuperbie. in eis regnat
peccatū iuidie.in eis regnat pec
catum luxurie.in eis regnat pec
catū ire.in eis regnat peccatuz
gule.in eis regnat peccatū acci
die.in eis regnat dyabolus hu-
ius ſceleris inuentoꝛ ac fautoꝛ.

Et ideo Chꝛiſo. Non deus ſꝫ
dyabolus dat ludere. Et Cy-
pꝛianus in epiſtola contra alea
toꝛes:que icipit.Magna nobiſ
dedit.Alee tabula ē dyaboli la
queus manifeſtius.venenuz le-
tale:ſerpentis dyaboli maluz ꝛ
delectatio: vulnus inſanabile:
vbi dyabolus pꝛeſto eſt:ꝛ ad ca
piendum ſubmiſſus: ꝛ cum ce-
perit:de captiuo triūphat : vbi
dementie furia: venale periuri
um ꝛ colloquium ſerpentiū: ra
bioſa amicitia: atrocíſſimi ſcele
ris imanitas ꝛ fraternitas diſ-
cordans.Jllic conuitia ꝛ auda-
tia ſceua: mēs inſana: ac ferina
impatientia : ibi poſſeſſionum
amiſſio: ꝛ pecuniarū ingentiuz
pditio.demonſtratio litigioꝛuz
ꝛ furens demētia.h̄ ille.Et ibi-
dez.Chꝛiſtianus qui alea ludit
dyabolo imolans: auctoꝛis ma
nus polluit.Chꝛiſtianus quicū
qꝫ es ꝛ alea ludis. hoc p̄mo in
loco ſcire debes qꝛ non es chꝛi
ſtianus ſed ethnicus: ꝛ dn̄icuz
pꝛeceptū in vanū ſumis. h̄ ille.
Et quis dubitat iā ꝙ ludus ſit
peccatum moꝛtale.¶Tertio p
batur ludū eſſe peccatum moꝛ-
tale ratiōe punitionis ſic.Nul-
lus punitur in hoc mundo ꝛ in
alio penis maximis ab eccleſia
ꝛ a deo eius ſpōſo niſi pꝛo pec-
cato moꝛtali: ſed pꝛoditoꝛes lu



ſores maximis puniunt penis.
ab eccl̄ia ꝛ a deo hic ꝛ in futuro
ergo talis ludus eſt pctm̄ moꝛ-
taliſſimum.Nā eccleſia ſancta
luſoꝛes deponit ꝛ eos excōmu-
nicari p̄cipit . vt pꝫ in decretis.
diſtin.xxxv.c.epiſcopus : vbi ſic
dicitur.Epiſcopus aut pꝛeſby-
ter:aut dyaconꝰ:alee aut ebꝛie-
tati deſeruiens:aut deſinat aut
certe damnet.i.deponat.Sub-
diaconꝰ autē:aut lectoꝛ:aut can
toꝛ ſimilia faciens : aut deſinat
aut cōmunione pꝛiuetur:ſimili
ter ꝛ laicus.hec ille.Ergo tales
peccant moꝛtaliter.Debent ta-
men pꝛimo moneri:ꝛ ſi non ſe
coꝛrexerint:tūc ſunt excōmuni-
candi.Excōmunicatio autē nō
infertur niſi pꝛo peccato moꝛta
li:vt ſ.Doc.iiij.ſentē. diſti.xviij.
q.ij.ar.pꝛimo . ergo talis ludus
eſt peccatum moꝛtale.Aduertē
dum tamen ꝙ ludere ad foꝛtu-
nam quid modicū:vt pueri faci
unt:vel ob recreationem mode
rate.non videtur moꝛtale.vnde
ff.de aleatoꝛibus.l.ſina.dicitur.
Quod in conuiuio.veſcēdi cau
ſa.ponitur:in cauſa rem ludere
familiam permittitur . Et hoc
etiam videtur innuere textus
capituli illius ex modo loquen-
di.dicit enim deſeruiens:quod
denotat frequentiam ideſt val-
de ꝛ frequēter deditus ludo:qꝺ

ſit cōmuniter ex cupiditate.vis
vlterius audire qꝫ graue:qꝫ pō
deroſum:qꝫ hoꝛribile:qꝫ odibile
ſit coꝛam iuſtiſſimo deo:Deus
pꝛofecto iuſtiſſimus in hoc mū
do ſeueriſſime punit luſoꝛes.
Nam aliquando oculi luſoꝛuz
ceciderunt ſuper menſam luſo-
riam:aliquando vexati ſunt ter
ribiliter a demone : aliquan-
do os coꝛum inuerſum eſt ad
partem poſterioꝛem : aliquan-
do fulgure percuſſi. Recitat eni
vt cetera taceam:beatus Gui
lelmus paraldus oꝛdinis pꝛedi
catoꝛum in ſumma ſua. Quod
dum quidam luſoꝛ ludendo iu
raret per oculos dei : continuo
eius oculus ex capite exiens co
ram omnibus ſuper menſam
luſoꝛiam cecidit . Refert etiam
de quodam ſagittario : qui lu-
dens perdiderat : vnde reple-
tus ira : contra deum : verſus
celum: ſagittam emiſit. Sequē
ti autem die. eadem hoꝛa.dum
pꝛedictus luderet . omnibus vi
dentibus . in medio ludentium
cecidit e celo eadem ſagitta ſan
guinolenta. Punit inſuper iu-
ſtiſſimus deus maledictos lu-
ſoꝛes in alio mundo : quia eter
naliter eos cum centummilia
dyabolis in ignem eternuz trāſ
mittit.Legitur eniz ꝙ in Suſa
cra ciuitate:dyoceſis colonien-

ſi ꝫ:miles quidaꝫ Themo noie: ſic deditus fuit ludo tarilloꝝ vt die ac nocte ſemꝑ paratꝰ eẽt lu-dere. Nam in ludo fortunatiſſimꝰ erat ⁊ multoꝝ marſupia va-cuabat. Nocte vero q̃dã: demõ in ſpecie hũana vt cuꝫ eo ludẽt domũ illiꝰ itrauit. Habẽs ſac-culũ nũmis plenũ: ⁊ diu ambo luſerunt. Cũ aũt demon vincẽt ⁊ militi pecunia deficeret: iratꝰ dixit. Nunq̃d dyabolus es tu? Et ille nũc ſatis eſt. Appropin-quat eni tempus matututiale: oportet nos ire: tollenſqꝫ illũ ꝑ tectũ traxit. Eius vero viſcera: tegulis retrahẽtibꝰ miſerabilr excuſſit. Et q̃d de corꝑe luſoris actuꝫ ſit. vſqꝫ hodie ignoratur. Mane reliq̃ viſceꝝ tegulis in herentes repte ſunt. O maledi-cte luſor. O dyabolica creatura O perdite in corꝑe ⁊ in aĩa: ex-pecta vindictã dei. Expecta ful gur de celo. Eſt ĩpoſſibile ꝙ de uꝫ nõ puniat te. Jmmo teipſuꝫ punies deo ꝑmittẽte. Quot lu-ſores ſeipſos necauerũt. Quot ſeipſos ſuſpenderũt? Quot ſe ꝓ iecerunt in fluuio? Quot ſunt a dyabolo ſuffocati. Quot in cor pore ⁊ anima perierũt ⁊ in iſer no ſepulti ſunt? Ecce ergo gra-uitas taꝫ mortaliſſimi ⁊ nephã diſſimi ſceleris: tribus1 clariſſi-mis rationibus declarata.

ſ Ecundo p̃ncipaliter lu-di alee ſiue fortune con ſiderare debemus par-ticipationeꝫ. Duodecim ſunt ge nera participantiuꝫ in ludo. Et hi oẽs grauit̃ peccãt: ⁊ aliq̃ hoꝝ aliquãdo moriũtur ſicut intelli ges. ¶ Primi ac p̃ncipales ꝑti-cipantes in ludo ſunt ipſi luſo-res. Nã omnis ludus vbi pe-cunia perdit̃: prohibitus eſt. vt pꝫ. ff. de aleatoribꝰ. l. ſolent. §. j. vbicũqꝫ talis ludus fiat: ſiue pu blice ſiue priuatim. Et aleato-res dicunt̃: qui ludos alearum apud ſe retinent. cauſa lucrandi ſicut ⁊ caupones dicuntur: qui cauponam ⁊ ſtabuluꝫ. exercent. ff. naute: caupones: ſtabularij. l. j. cauponis. Et hi luſores mor-taliter peccant. ¶ Secũdi par-ticipantes in ludo ſunt faciẽtes vendẽtes aleas: tarillos: ⁊ car-tas: ſiue alia inſtrumenta: qui-bus ludus fortune exercet̃. Et q2 vt in pluribus hoies vtũtur huiuſmodi ad peccatum morta le propter auaritiam. Jdeo ta-les non vidẽtur poſſe excuſari a peccato mortali. Unde nec ab ſoluẽdi ſunt niſi talia dimittãt. Auguſti. de pc. di. v. c. falſas. c. negocium. Et. c. fratres. Hut. etiam dicit ꝙ non eſt ſecurum de talibus viuere: quorũ vſus eſt vt frequentius ad peccatuꝫ.



Jdem de vendentibus oſſa vel alia ex quibus fiũt tarilli ⁊ car-te ⁊ huiuſmodi. Hi eniꝫ effica cẽ cãm prebẽt auaricie: blaſphe mie: ⁊ innumerabilibꝰ malis. Si miles enim ſunt ei qui ſtudioſe dat gladium ad aliquẽ occiden duꝫ. ¶ Tertij ꝑticipantes in lu-do ſunt qui ludentibus ſcienter cõcedunt baratarias: camaras: vel domos ad ludendum. ff. de adulterijs. l. Qui domũ. verum ſi nõ cõſtat de ludo: q2 ignorãt nõ tenent̃. vt habetur in autẽti ca. De eccleſiaſticis titulis. §. Siq̃s i ſuã domũ. Et. ff. de pu blicãis. l. coté ferro. §. dñſ. Et. ff. de actio. ⁊ obligatõibꝰ. l. Ex ma leficijs. §. vniuerſi. Et tales cõ-cedentes domos: ſunt ꝑuati ac tione iuriaꝝ: ita ꝙ ſi ſibi fit fur tum vel aliud: nõ habẽt actionẽ vt pꝫ. ff. de aleatoribꝰ. l. i. Et ſm Azonẽ: intelligit̃ de illis qui cõ ſueti ſunt retinere huiuſmõi lu ſores: ſui emolumẽti cauſa. Et hi mortaliter peccãt. ¶ Quarti participantes in ludo: ſunt qui ſtãt ſuper ludo inſpiciẽtes. Nã prohibitũ eſt ludentes iſpicere ꝓpter multã peccata que inde eueniunt. C. de epĩs ⁊ cleri. au-tẽtica. iterdicimus. Et extra de vita ⁊ hõeſtate clericoꝝ. c. clerici Hi. n. ſi ꝑꝑ eoꝝ iſpectiõeꝫ: ſunt cauſa talis ludi: vel habẽt ibi ali quã iordinatã affectõeꝫ que ſit cõtra dei preceptuꝫ: ⁊ in ꝓximi dãnuꝫ notabile: mortalit̃ peccãt ¶ Quinti participantes i ludo ſunt rectores: iudices: p̃ſidẽtes: vel officiales: quiˀ ex officio vel iuramẽto tenent̃: nõ prouiden-tes. Eoꝝ. n. officiuꝫ eſt ꝓuidere ne illicita fiant in territorijs ſu is. ff. de officio preſidis. l. Con-gruet. Et. l. Jllicitas exactiones hi grauit̃ peccãt. ¶ Sexti in lu-do ꝑticipantes: ſunt nõ corrigẽ tes aut puniẽtes maledictos lu ſores. Nã maleficiũ non debet eſſe impunitũ. ff. ad legẽ aquiliã Jta vulneratus. hoc iacet ſuper ꝯſciaꝫ rectoꝝ ⁊ officialiũ. ¶ Se ptimi ꝑticipãtes i ludo ſũt mu-tuãtes pecuniã ludẽtibus vel cõ ſentiẽtes. Taleſ. n. ꝑticipes ſũt i delicto: q2 agẽtes ⁊ ꝯſentiẽtes par pẽa ꝯſtrigit. ij. q. i. c. Notũ hi grauiter peccãt. ¶ Quarti ꝑ ticipãtes i ludo ſunt accomodã tes vel dãtes tarillos aleas vel tabuleriũ: vel cartas. Nõ enim debẽt huiuſmõi illicita accomo dari. Jnſtituta de obligatõibꝰ q̃ ex delicto naſcunt̃. §. opẽ. hi gra uiter peccant. ¶ Noni partici-pantes ſunt inſtigantes rogan tes ⁊ alii fauentes ad ludum. ff. de aleatoribꝰ. l. is cuiꝰ. ¶ Deci-mi ꝑticipantes in ludo ſunt dã tes pecuniaꝫ luſoribus vt noie

ſuo ludāt. Participāt quidē: qꝛ
qui per aliū facit: ꝑ ſeipſuꝫ facē
videt̃.ff.de admiſtratiōe tutele
l.Si ita tamē.§.Beſſiſſe.Et.l.
tres tutores.§.Non ſolū.Et hi
mortaliter peccant.¶ Vndeci-
mi participātes ſunt parētes: q
nō ꝓhibent filios vel nepotes:
aut eos de quib⁹ curam habēt
Sciūt frequētare tabnas ⁊ ma
las ſocietates ⁊ nō curāt: vtiqꝫ
ꝑticipant: quia ad Ro.i. Digni
ſunt morte nō ſolū qui faciūt: ſꝫ
qui faciētib⁹ ꝯſentiunt. Nec ex
cuſant̃ parētes ſi ꝓpter minas
vel ꝑturbatiōes filioꝝ dant eis
vnde ludāt. Et hi ſimiter peccāt
¶ Duodecimi participantes in
ludo ſunt ꝯſumptores dānabili
ter acquiſitaꝝ ex ludo: vt cōpa-
gnoni: q de ꝯuiuijs luſoꝝ come
dunt: vt vxores ⁊ filij ⁊ reliq̃ fa-
milia ſuſtentans ſe de huiuſmo
di illicitis: oēs iſti de dāno alie
no participāt: ⁊ ideo peccāt. O
quot ſcelera. O quot pctā. O
quot ribaldarie. O quot turpiſ
ſimi actus oriunt̃ ⁊ procedūt a
maledictis baratarijs a beſtia-
liſſimis ludis a turpiſſimis io-
cis. Ideo tales merito ſunt fu-
giendi: deſerendi: imo extirpan
di: imo a patria expellēdi tanq̃
deſtructores omnium morū oi
um virtutū. Ipſi eni ſunt ſetulē
tiſſimi ⁊ ſulphurrei putei: omnium
peccatorū: omnium vitiorum:
omniūqꝫ dei ⁊ proximi offenſi
onuꝫ: Caſtigate igit̃ filios o pa-
tres: nec ſinatis eos iter luſores
ꝯuerſari: vt gloriari poſſint cuꝫ
tumorata ⁊ ſctā anima. Tobie.
iij. ſic dicente. Nunq̃ cū luden
tibus miſcui me: neqꝫ cū his q
in circuitu ambulant particip̃e
me prebui. Ad alia nāqꝫ ſtudia:
ad alia exercitia: ad alia lauda-
bilia opera nati ſumus. Vnde
Tulius quāuis paganus in pri
mo de officijs ait. Neqꝫ enim
ita a natura generati ſumus v t
ad ludum ⁊ iocum facti eſſe vi-
deamur: ſed ad ſeueritatem po
tius ⁊ ad quedā ſtudia grauio-
ra atqꝫ maiora. h ille. O peſſi-
mi luſores. O iniquiſſimi luſo-
rum participatores: vos certe
eſtis illi fidei aduerſarij de qb⁹
dicit̃ Sap.xv. Eſtimauerūt lu-
dum eſſe vitam noſtraꝫ. Vos
eſtis illi dei inimici de qbus di
citur. Exo.xxxij. Sedit popul⁹
manducare ⁊ bibere ⁊ ſurrexe-
runt ludere.

T Ertio ꝑncipaliter lu
di fortune conſidera
re debemus reſtitu-
tionem. Tenetur eni
miſer luſor poſt tantas dei of-
fenſiones in aliquibus caſibus
etiam lucra reſtituere. ⁊ primo
reſtituere tenent̃ qui vicerūt ab



his qui nō poſſunt alienare: qꝛ
illicitū eſt: ⁊ cōtra ius diuinum
lucrari: quod eſt alienū vt dicit
ſ.Doc.ſcda ſcde.q.xxxij. ar. vij.
Et in.iiij.ſen.di.xv.ar.iiij. Ideo
qui talibus vicit: tenet̃ ad reſti-
tutionē. Et h addit Raymun-
dus q tales ſunt furioſi: ꝓdigi.
minores.xxv.annoꝝ: ⁊ maxime
pupilli. Iteꝫ mente capti: ſurdi:
muti. ceci: ⁊ qui morbo ꝑpetuo
laborāt: qꝛ tales reb⁹ ſupereſſe
nō poſſunt. Idē de ſeruiſ: de re
ligioſis: de filijſfamilias: q non
habēt peculiū caſtrenſe: vel q̃ſi
caſtrēſe. Idem de vxore que nō
hꝫ paraſrenalia. Idē de admi-
niſtratore rerū eccleſiaſticaruꝫ
que pauperum ſunt. Qui ergo
talibus vicerit: reſtituere tenet̃:
nō dico illi qui perdidit: ſed tu-
tori: curatori: patri: marito: dño
monaſterio: ſiue eccleſie. ¶ Se
cūdo tenetur reſtituere quicun-
qꝫ traxerit aliquem ad ludū ſꝫ
ſ.Doc. Et nota q illa attractio
large itelligēda eſt. ſ. quocunqꝫ
modo verbis vel factis induxit
eum: cum ille alias nō eſſet lu-
ſurus. Idē ſi illū induxit ſiue in
ꝑncipio ſiue i medio ludi: cū ille
vellet: deſiſtere ſm Azo. ¶ Ter
tio tenent̃ reſtituere qui fraudu
lēter ludū ſm ſ.Tho. Intellige
ſiue luſor ꝯmiſit fraudem ante:
puta qꝛ fingebat ſe quaſi inſciū
de ludo. ſicut barri faciunt. vel
fingebat ſe ſicut hoiem qui de-
cipi poſſet. cū tñ decipere inten
deret ſiue ꝯmiſit fraudē in ipſo
ludo: vel ſubmittendo taxillos
falſos: vel ēt veros: male ⁊ frau
doloſe iactādo taxillos: vel car-
tas ꝯmiſcendo: ſeu mendaciter
dicēdo q hꝫ tot puncta: vel q
obtinuit: ſeu male pecuniā nu-
merando fraudauit. ¶ Quarto
tenent̃ ad reſtitutionē qui vin-
cūt ꝯtra ꝓhibitionē legis ciui-
lis. Ius quidē ciuile nō obligat
oēs ſed ſolū ſubiectos hmōi le
gibus. tenent̃ dico: niſi per diſ-
ſuetudinē ſit abrogatū. In reli-
qs aūt caſibus nō tenent̃ reſti-
tuere: niſi q ex cōſilio qd vinci
dandū eſſet pauperib⁹. qꝛ ē tur
pe lucrū non tñ de neceſſitate:
nec tales vt dicit beatus Anto
ninus cogēdi ſunt ad reſtitutio
nē: q nō dñt in caſib⁹ reſtituere
Sed qd de illis qui vincūt ludē
do ad pilā: haſtā: iaculū: baliſtā
ſchachos: iaciendo: currēdo: lu-
ctādo: vel pugnando? Rñdet. ſ.
Tho. Tales nō tenēt ad reſtitu
tionē: qꝛ hmōi ludi ſiunt cā vir
tutis corꝑalis excercēde. ff. de ale
atorib⁹.l.ij. dūmō fraus. ibi nō
ꝯmittat̃. Ne igit̃ cām in futurū
habeatis reuertendi ad tā pro-
hibitos ⁊ ſceleratos actus: ne
participes ſitis tantoꝝ malorū

coſiter reſtituenda q ſive frau.
vide I Roberto vbi ſupra I.3.

ne amplius ſitis exēplar male vite:ne glorioſus deus offendat ne dyabolus teneat vos ſuffocatos:cōburite taxillos : cōburite tabuleria:cōburite cartas:comburite cetera inſtrumenta.quibus ludus fortune exercetur: vt ſicut deus ꝛ ſancti fuerūt ꝑ vos luſores offenſi ꝛ vituperati : ita nūc veſtra emēdatione ꝛ correctione ipſe deus gaudeat ꝛ letetur dyabolus ꝯfundat̄ ꝛ,primꝰ edificet̄:ac vera ꝛ integra penitētia per vos agat̄.Quā emendationē vobis ꝯcedat benigniſſimus deus qui eſt benedictus: in ſecula ſeculorum.Amen.

¶Feria ſcḋa. quinquageſime.

De choreis.Sermo.vi.

Poſtq̄ flagellauerit occident eū.Luc.xviij. Si miſeri mortales cogitarent ꝛ mēte reuoluerēt penas ꝛ ſupplicia a iuſtiſſimo deo male viuentibꝰ preparata:ꝓfecto ſceleribus cūctis derelictis:ad delectabilem virtutis tramitem: ſeſe traducerēt:attēta ꝑcipue tpis:ꝛ vite pñtis breuitate : que nimiꝝ velut fumus ꝑterit ꝛ vmbra. Sꝫ heu miſeri ſunt peccatores:qꝛ ꝓ modica voluptate terrena : felici ſꝑ beatoq; regno ſe priuant occupādo ſemetipſos diuerſis vanitatibus:ꝛ ſingulariter ſacrilego choreaꝝ vitio:cuꝫ riſus:vt ſapies inquit:dolore miſcebit̄.ꝛ extrema gaudij luctus occupat. Hi nimirū diuino lumine ꝑuati iuſto iudicio dei . ceci efficiunt̄: ꝛ i tenebris pctōꝝ ābulātes.cuꝫ nephādiſſimis luſoribꝰ.de qbuſ heri diximus:xpm ꝯtēnūt : irridēt flagellāt ac demū vt inquiunt,ꝑpoſita verba:poſtq̄ flagellauerit:vanas ꝛ ſacrilegas choreas deducēdo crucifigunt.De qbꝰ hoc mãe.tria ꝯtēplabimur.

¶Primo. Grauationem.

¶Scḋo.Malignationem.

¶Tertio. Punitionem.

¶Primo circa choreas ꝯſiderare debemus grauationē: ſm d.Albertū magnū.iiij. ſeñ.diſt.xvi.Choree poſſunt licite ꝛ illicite fieri.de illicitis ait ipſe.d.Albertus.Puto ꝙ quinq; ꝯcurrētibus chorea nō ſit reꝑhēſibilis. Primo ſi fiat tpe debito .ſ.tpe gaudij:vel tēpore victorie aut liberationis hoīs:vel in aduentu amici:ex terra lōginqua. Scḋo ſi fiat cū honeſtis perſonis.de quibꝰ nō ſit mali ꝓſumptio:vt cū lechatoribꝰ vel lechatricibus.Tertio ſi fiat a pſonis ſecularibꝰ. Nā monialibꝰ:monachis.ꝛ clericis:puto oēs: choream eſſe illicitā:qꝛ in alijs dñt occupari.Quarto ſi hōeſto modo fiat nō geſticulationibus nimis inhoneſtis vel inordinatis.Quinto ſi cantꝰ vel muſica exercitatus in his nō ſit de illicitis.ſꝫ de moribus vel de deo: de melodia nō eſt curanduꝫ.qꝛ in talibꝰ neceſſariuꝫ eſt fieri melodiā lenē:que aliq̄liter exꝑmat moduꝫ corrizādi:h albertꝰ. Sꝫ his ceſſantibꝰ chorea eſt pctm̄ mortale qḋ triplici rōe dclaro.



¶Primo.ratione luxurie.

¶Scḋo.rōne offenſe.

¶Tertio. ratione circūſtantie.

¶Dico.primo ꝛ principaliter: ꝙ chorea eſt pctm̄ mortale ratione luxurie.quādo.ſ.ad illuꝫ fineꝫ aliqs ballat ꝛ chorreizat vt ſe vel alios incitet ad luxuriaꝫ. Et ꝓbatur ſic.Illud cuiꝰ finis malus eſt: ipꝫ quoq; malū eſt: vt pꝫ per phm̄.iiij.Topi.ij. phyſicoꝝ.Et ſcḋo de aia. Et per.ſ.Hoc.pma ſcḋe.q.i.ar. iij. Ubi dicit.ꝙ actus humani ſpēꝫ ſortiunt̄ a fine.Et Ariſto.i ethicis Quicūq; mechat̄ ꝑp auaritiaꝫ auarus dicit̄:nō mechus.Sed finis correizādi qui eſt luxuria eſt malus:ꝛ pctm̄ mortale. Qꝛ videns mulierē ad ꝯcupiſcendum eaꝫ:iā mechatus eſt eā in corde ſuo.Et Matt.xv.De corde exeunt cogitationes male.ergo correizare ad incitādū ſe vl̄ alios ad luxuriā eſt pctm̄ mortale.¶Scḋo choreā eſſe pctm̄ mortale probatur rōne offenſe ſic.Illud per qḋ hō facit ꝛ operat̄ ꝯtra omia ſacra eccleſie eſt peccatū mortale.Hoc pꝫ de ſe ſed chorreizare rōne luxurie incitāde in ſe vl̄ in alios:eſt ꝯtra omnia ſacra eccleſie.ad minus ꝯñter.Probatur diſcurrendo per ſingula.Nā chorreizans ꝯ baptiſmū militat. Quia cū per patrinū eum tenentē ad baptiſmū ꝓmiſerit renūciare dyabolo ꝛ pōpis eius.per choreā promiſſionē frangit ſequēs dyabolum ꝛ pōpas ac opa eiꝰ. Contra ſacꝝ ꝯfirmationis militat. Quia in ipſo ſuſcipit ſignū crucis:in ſignū ꝙ eſt redēptus ſanguine xpi effuſo in cruce: ꝛ ipſe ponit ſibi in capite ornamentū variū dyabolo inſtigāte.Cōtra ſacrm̄ ordinis militat chorreizans:qꝛ cuꝫ ordinent̄ clerici ad cantādū offm̄ ꝛ verba dei ꝛ ꝑcipue i feſtis ad ꝯſolationē ſpūalem ppli ipſe chorreizās cuꝫ ſocijs:officiatur in eccl̄a dyaboli que eſt locꝰ vanitatis:vt in theatris:plateis:ꝛ ſalis : cantando cantilenas: vbi ſunt verba dyaboli.i.amoris carnalis:ꝛ ꝓferēdo verba vana ꝛ turpia ꝑ que auertūt pplos a veſpis ꝛ ꝑdicationibꝰ.Cōtra ſacrm̄ matrimonij militat. Quia ibi marie icipiūt ꝓmiſſiões ꝛ mrīmōia clā

deſtina:⁊ ab vxoratis multa va
na deſideria ꝯcipiunt ibi: ꝯtra
fidem datã in matrimonio:nõ
ꝯtentis ꝓpria:ſ; aſpirantibus
ad alienaz.Contra ſacrm̃ pnic.
militat. Quia totã copunctio-
nem ⁊ ꝯtritionẽ ⁊ bonã volun
tatem ſatiſfaciẽdi ibi ꝑdit:alijs
cogitationibꝰ repletis. Contra
ſacrm̃ eucbariſtie:q2 cũ ſuſcepe
rit xp̃m in cõione paſcali ip̃m
eijcit extra ciuitatẽ aie.ad cruci
figendũ cũ in ſua cõuerſatione
mũdana.Contra extremã vn.
ctionẽ militat.Quia pedes ꝯſe
crandi vel qui iã ꝯſecrati ſunt
oleo ſctõ eos mouet i offenſaz
dei.ergo rõe offenſe chorizãs
mortaliter peccat.Naz militat
ꝯtra omnia ſacrã. Propterea
chorizãtes meritiſſime priuan
tur ſocietate ſctõꝝ atq; ſctãꝝ.q̃
nihil peius nilq; dãnoſius. vñ
Aug.in quodã ſmone:qui inci
pit.Nõ debemꝰ mirari.ſic ait.
Non.n.eſt eſſe veriſſimũ xp̃ia
num niſi toto aĩo odiſſe vel dã
naſſe:que diligit ſeculũ . amat
ſermones ipudicos:diligit ſal-
tationes vel motꝰ incõpoſitos.
Iſta ſi fugit chriſtianꝰ magnaz
gloriaz ſibi acqrit:⁊ inter ſctõs
dñi annumerabit.hec ille. Exẽ
plum refert beatus Greg. iiij.
lib.dyalogoꝝ.de quadã puella
dicta muſa.que l; alias eẽt de

uota beate virgini.tñ hmõi io-
cis ⁊ chorreis puellaribus erat
dedita.huic quadã nocte appa
ruit ipſa virgo cũ magno comi
tatu virginũ puellaꝝ:que albis
erãt indute.Cũ quibus dũ mu
ſa affectaret eſſe ⁊ eis aſſociari.
dixit ei virgo maria.ꝙ ſi vellet
cũ eis eſſe abſtineret deinceps
ab oi leuitate:riſibus : ⁊ iocis:
vt tripudiatu ⁊ cantu ac ſaltu
⁊ hmõi:⁊ ſic die.xxx.veniret ꝓ
ca.Qd cũ puella ageret:⁊ parẽ
tes mirarẽtur de tãta cõpoſiti
one ⁊ mutatiõe:⁊ interrogarẽt
cãm:expoſuit eis viſionẽ ⁊ pro
miſſionẽ ſibi factã a beata vir-
gine.qd ⁊ impletũ eſt.Nã.xxv.
die febre correpta i.xxx. die vir
go appuit cõitata puellis: tunc
muſa cepit exclamare.Ecce dña
venio.Et ſic btõ fine qeuit.vbi
dñs Antoninꝰ ꝯcludit.d. Sic
ergo nõ potuit iſta muſa aſſoci
ari ſctis niſi abſtinẽt ab hmõi
iocis ⁊ vanitatibꝰ:q2 tales ſunt
inimici dei.⁊ ſcõꝝ:ita nec chor
rizantes niſi hmõi dimittant.
qui aũt nõ aſſociat ſanctis. cu;
demonibus op; aſſociari h ille
ergo p; ꝙ chorea ſit pctm̃ mor
tale rõne offenſe.¶Tertio cho
rea eſt pctm̃ mortale rõe circũ-
ſtantie.Et h multipliciter. Nã
ait. Vul.chorea ducta in eccle
ſijs videtur peccatum mortale:



quia vergit n notabilẽ irreuerẽ
tiã dei.Et dñs Albertꝰ dicit in
iiij.ſcñ.ꝙ mala ⁊ rep̃hẽſibilis ẽ
chorea reſpectu tẽporis.ſ.du; fit
tẽpore triſticie:vtputa quadra-
geſime ⁊ huiuſmodi:q2 eſt ꝯria
ſtatui penitentie.vñ Eccle.xxij.
Muſica in luctu iportuna nar
ratio.⁊ ideo penitẽtibꝰ interdici
tur vt iquit Auguſtinꝰ:Similit
cũ fit a clericis vel religioſis cũ
monialibꝰ vel ſecularibꝰ videtur
mortale ratione ſcandali ⁊ peri
culi ⁊ ruine ipſorũ.Si tamẽ re-
ligioſi vel clerici inter ſe ex ſola
tio facerent nõ in pñtia laycorũ
⁊ ſi leuitatis ſit:nõ tamẽ morta
le.Item ſm dñ; Antoninũ cẽt
pctm̃ mortale chorea dũ fit cu;
tali ⁊ tanta ſuperbia vel vana-
gloria:que ſit peccatum morta-
le.Idem cum ſit tali affectu : vt
choreizans propter ſequenda;
illam talẽ delectatione; chori
zandi:nihilominus eſſet paratꝰ
tranſgredi dei preceptum vt ec
cleſie.ſm dñm Antoninum:eſt
mortale.Iterũ ſm eundem.qñ
choreizãs tam inordinato amo
re choreizat:vt etiã ſi ſciret ali-
quem vel aliquã propter hoc ca
dere in peccatũ mortale tamen
adhuc vellet chorizare mortalr
peccat.Itẽ ſm dñ; Antoninu;
quando chorea fit talibus geſti
bus aut verbis que i ſe occaſio

ſufficiens ſunt:ad prouocandu;
vel ſe vel alios ad luxuriã ẽ pec
catum mortale . Et ita pt; q̃te
grauitatis atq; deformitatiſ ſit
ipſa chorea . Quã deteſtãs bea
tus Ambroſius in epiſtola ad
Sabinum:dicit.Quid vtiq; tã
deforme: viſibili ſpectaculo : q̃;
hiſtrionicos inſinuare geſtus:
⁊ femineo vſu membra mollire
Delitiarum comes ⁊ luxurie fo
mentu;:eſt laſciua ſaltatio.Nẽ
pe ſi corporalia conſideremus:
nihil turpius q̃; cu; mulieribꝰ
miſceri choreis . ſpgere crines:
rotantium circuire more:cõcre
pere manibus :percutere pede:
turpiq; plaudere ſono . hec ille.
Nunc ad ſecunda; partem ac
cedamus.

S Ecundo p̃ncipaliter cir
ca choreas conſiderare
debemus malignitatẽ:
ſiue malignationem . Triplex
eſt malignitas peſſima chorea-
rum.

¶Prĩa ẽ dyabolica inuentio.
¶Scda ẽ dyabolica egratio.
¶Tertia ẽ dyabolica excecatio
¶Prima igit malignitas cho
reaꝝ eſt dyabolica iuẽtio.Dya
bolus.n.omniũ inuẽtor maloꝝ
choreã inuenit.In ea enim pro
prie eſt iter circulare ⁊ motꝰ dya
boli.De quo dr̃. Iob.c.i.ꝙ in-
terrogatꝰ a deo.vñ vẽiret.rñdit.

Circuiui terraȝ ⁊ perambulaui
eã.Et.i.pe.v.c.Aduerſarius ve
ſter dyabolus circuit querens
quē deuoret.Et Abachuch.iij.
Egredietur dyabolus ante pe-
des eius:ſtetit ⁊ menſus eſt ter
rã.aſpexit ⁊ diſſoluit gentes.Et
ad hanc veritatē declarãdã:ha
bentur duo exempla notabilia.
Primuȝ ponitur a Magiſtro
hyſtorie ſcolaſtice in principio
ſup exodũ dicens:ꝙ in egypto
erat quidã taurus queȝ ⁊ Pli
nius atteſtatur ſe vidiſſe. Hic
ex iprouiſo egrediebat̃ de flumi
ne habēs in humero dextro ſi-
gnum candiduȝ inſtar lune cor
niculate. Ad queȝ cum conflue
rent egyptij cum omni genere
muſicorũ pſallebant ⁊ ipſe ele-
uabat̃ in aere:⁊ ſuper eos tãꝗ̃
ſaltans ferebat̃:⁊ illi egyptij ad
motum vel ſtationem ipſius in
terra mouebantur ⁊ ſtabant:⁊
eadem die euaneſcebat qua ap
parebat.Et ſic didicerũt a dya
bolo in tauro tranſfigurato bal
lare.Et exinde ad alias natio-
nes deuenit a.:a ballãdi.Aliud
exēplũ recitat̃ in libro de apib⁹
vbi dr̃:ꝙ in quodaȝ caſtro vna
die apparuerũt multi demōes
in formis diuerſis maſculoruȝ
⁊ feminaꝝ:ballãtes:tripudiãtes
Ad quorũ ſpectaculum exierũt
omnes de caſtro.Et cũ ipſi de
mones cōpleuiſſent multos ⁊
varios balloſ euanuerũt.Et ſic
viri ⁊ mulieres ballare didice-
rũt. Dyabolica igitur eſt iuen-
tio:Qui vt dicit̃.xvi.q.ij.c.viſis.
Conat̃ omnibus modis huma
num genus peruertere atqȝ ꝑ-
turbare.Eſt eni magiſter ⁊ bal
lantes ſunt diſcipuli ac diſcipu
le eius.¶Secunda malignitas
chorearum eſt dyabolica exce-
catio.Hanc excecationem de-
ſcribit aqla volitans.Jo.euan-
geliſta apoc.ix.c.d. vidiſſe locu-
ſtas aſcendiſſe de puteo fumi.
Hic puteus eſt fornax inferna
lis.Ex qua dyabol⁹ emittit fu-
mum concupiſcentie:laſciuie: ⁊
carnalitatis atqȝ vanaglorie:vt
tripudiantes omnino fiant ceci
Hic fumus obſcurat ſolem ⁊
aerem ⁊ intellectum ⁊ rationē.
quia vehemēti carnalitate accē
ſi non recordant̃ de deo:nō de
gloria paradiſi : nō de inferno:
nō de morte.Locuſte aſcenden
tes ſunt choreizantes:qui bene
per locuſtas deſcribuntur.Nã
locuſte rectoſ greſſus nō habēt
nec volant vt aues:ſic choreizã
tes fidem rectã non habent ad
volanduȝ in celum : nec rectos
greſſus ad bene operandũ.He
locuſte aſcendunt ſuper terram
diſcurrendo ⁊ ſaltãdo. Et ſicut
locuſte non habent regeȝ:vt di



cit̃ Prouer.penultimo:ſic cho-
reizantes ſũt effrenati ⁊ inordi
nati ſine ratione:ad modũ ani
maliũ irrationabilium:leuitate
⁊ impetu paſſionis viuentium.
Et vere locuſte ſunt q̄ venerũt
in egyptum nihil viride relin-
quentes:ſed totam amenitateȝ
cōſumentes:vt habetur Exo.x.
Sic choreizantes totã pulchri
tudinem ſpũalem conſumunt:⁊
ibi omnia bona deſideria eua-
neſcunt : ⁊ omne quod ſpiritua
le eſt ipſa ſua laſciuia corrodũt
⁊ comedunt. ¶Tertia maligni
tas eſt dyabolica eqtatio.Hãc
malignitatē ſubinfert Joanneſ
in eodem capitulo dicens. Si-
miles equis paratis ad preliuȝ
Nam ſicut homines vtuntur
equis falleratis ad impugnan-
dum inimicos:ſic dyabolus vti
tur mulieribus ⁊ iuuenibus or
natis ad ipugnanduȝ fideles ⁊
timoratos:qui ſunt inimici de-
monum. Et ſicut equus odora
to bello appetit currere ad cã-
pum:ita vane mulieres ⁊ iuue-
nes laſciui currũt ad talia loca
vbi i choreis poſſint oſtētari : ⁊
currunt ad talia loca:vbi ⁊ ipſi
aſtãtes ꝓſternuntur.Nam oia
in hoc prelio habent̃ arma dya
boli ad bellandũ ⁊ vincendum
⁊ ad facienduȝ cadere in pecca-
tũ maxime luxurie. Tribus eni
modis facit dyabolus cadere i
luxuriã . Modo per viſum.mo
do per colloquium.mō per ta-
ctum.Et in ballo oia iſta con-
currũt.Nam ibi ſunt verba lu
brica:⁊ modulationes cantuȝ.
Ibi eſt fixa viſio facierum.Ibi
eſt tactus manuum ignitaruȝ.
Et ideo ex tali vicinitate ⁊ ap-
propinquatiōe.modo per collo
quium.mō per viſum.modo ꝑ
tactum.ſepe ignis concupiſcen
tie inflãmatur . Et ideo nullus
fere eſt taȝ fortis:tam prouidus:
tam ſanctus qui non vincatur.
vnde Auguſtinus in ſermone
incipiente. Non debemus mi
rari ait.In ſaltationibus dya-
bolus ſpargit dulcedines luxu-
riarum:vt ſeruitutem innocen
tium ſibi cōparet animarũ. Et
hic bene verificatur dictũ Hie
ronymi. Ferreas mētes libido
domat.Et Auguſtinus bñ ſub
iungit in ſermone allegato.Re
dit ad domum matrona malis
vocibus ſtimulata . Redit vir-
go inquinatis auribus nec vir
go integra : nec mulier marita
ta.Redit turba adoleſcentium:
nec duȝ mulieribus coniuncta:
⁊ conſcientia lacerata . hec ille.
vnde Hieronym⁹. Nō credo
dicenti ſe illeſum abijſſe ab iſpe
ctione ſpectaculoruȝ.Et ſubdit.
iterum Joãnes eodem caplo.

Facies earum tanquaȝ facies
hoium. Non dicit facies hoiuȝ
Quod dicitur ꝓꝑ fucos. Cho-
reiȝantes nāqȝ exterminant fa
cies ſuas:vt dicit Matth.vi.id
eſt extra termios naturales tra
hunt:dū.ſ.cū ſint nigre:vel cro
cei coloris:per ceruſam ⁊ pur-
pureū colorem picte: apparent
albe ⁊ rubicūde. Iuuenes vero
carnalibus atqȝ laſciuis cōcu-
piſcentijs ſuccenſi:vt beſtiales
appetitus ꝯſequi valeāt: diuer
ſimode ſeſe transformant. Naȝ
aliqui facies mulieꝝ. Aliqui ca
rūdem veſtimenta. Aliqui faci
es viroꝝ. Aliqui facies ſenum:
nōnulli faciem figurāqȝ dyabo
li ferre non deſinūt. Et ſic dya
bolus in diuerſarū reꝝ ſpecies
atqȝ imagines ſe transfigurat:
quo aias chriſti ſanguine redē
ptas decipiat.ita dyabolici:⁊ la
ſciui iuuenes atqȝ effrenati age
re conant. Nā laruati ⁊ maſca
rati ne ab alijs cognoſcantur:
omnia perquirūt loca : domos
intrant:monaſteria monialiuȝ
viſitant:vbi quot ſacrilegia : q̊t
horrenda:quot nephanda ꝑpe-
trentur peccata:qs enumerare
pōt. Ha miſeri:ha ceci:ha dya
bolici homines:pro momenta
nea:pro modica:pro temporali
delectatione : magna ⁊ eterna
gaudia paradiſi perditis: dya-
bolo vos ſubijcientes:quia ne-
dum eius equi eſtis:imo ima-
go ſua q̄ȝdiu fucos : laruas : ⁊
maſcaras deportatis:vt pȝ per
Auguſti.de ꝯſe.di.v.c. Fucare.
vide in.c.nullus preſbyteroruȝ
xliiij.di. Et extra de vita ⁊ ho-
neſta.cle.c. Cū decorem. Et ꝙ
plus eſt in huiuſmodi vanitati
bus:quāplures vtuntur habitu
monacali ⁊ religioſo. Qui gra
uiter profecto puniendi ſunt.vt
patet i aut.de ſanctiſſimis epiſ
copis.§.vltimo. Et ar.C.de epi
ſcopali audientia.l.minime. Et
ꝙ peius eſt ⁊ abhominabilius:
hi agunt cōtra prohibitionem
diuinam:vt patet Deut. xxij.c.
vbi ait domin9. Non induetur
mulier veſte virili:nec vir vte-
tur veſte feminea. Abhomina-
bilis enim apud deū eſt qui fa
cit hoc.h ibi. Propterea ſctūs
Seuerinus epiſcopus in quo-
dā ſmone poſt multa dicit. Fu
gite choreas ⁊ laruas. Claudi-
te vos: veſtraſqȝ domos:cū de
us qui videt in occulto nō poſ-
ſit circūueniri in aperto. Exite
exite ſicut dicit ꝓpheta de me
dio eorū ⁊ ſeparamini ab eis:⁊
ne imundū qd tetigeritis:vt ve
ſtro reſipiſcant ſtudio:qui hac-
tenus veſtro ſunt colludio de-
cepti. Fugite iſta demoniaca:ſi
diuina deſideratis.hec ille.



Tertio principaliter cō
ſiderare debemus pu
nitionem . Nō eſt cre
dibile ꝙ deus iuſtiſſimus velit
tam choreiȝantes:qui ſunt cau
ſa tot peccatorum ⁊ malorū im
punitos permittere quin puniā
tur ⁊ in hac vita ⁊ in futura.vn
de deus per Ezech.xxv.c. Pro
eo ꝙ plauſiſti manu ⁊ ꝑcuſſiſti
pede ⁊ gauiſa es ex toto affectu
ſuper terrā iſrl.idcirco.ecce ego
extendam manuȝ meam ſuper
te: ⁊ tradam te in direptionem
gentium:⁊ interficiam te de po
puliſ.hec ille. Exoduſqȝ narrat.
xxxij.c. Quod deuſ per moyſen
puniuit ſaltantes ⁊ feſtantes ꝓ
vitulo fabricato.xxiij.milia occi
dendo. Recitatur etiam in li-
bro alphabeti narrationum : ꝙ
āno dñi.milleſimo decimo. Ac
cidit dum Tullius preſbyter ec
cleſie ſancti Magni in vigilia
natiuitatis domini celebraret:
quaſdam mulieres cum viris i
cimiterio choreiȝare: eo prohi-
bente:ac contra ballantes ipre
cante ⁊ dicente. Placeat deo ⁊
beato magno vt ſic permanea-
tis vſqȝ ad annum. Quod ⁊ fa
ctum eſt.toto.n.anno pluuia nō
cecidit ſuper eos nec fames:nec
ſitis: nec veſtimenta eorū ſunt
attrita:ſed ſemper vt vecordes
ſaltabant. Quidam cum cona-
retur ſororem ſuam inde educe
re: brachium a corpore ſororis
abſtraxit.inde ſanguine nō exe-
unte:⁊ ipſa ſic ballante cū alijs.
completo autem anno O bert9
colonieſis archiepiſcopus: hoc
audiens eos ab hoc vinculo ab
ſoluit:quorum aliqui ſtatim ab
ſoluti:mortui ſunt. Quidā ſem-
per trementes permanſerunt.
Quidam vero ꝯtinuis tribus
noctibus dormierunt. O miſe
ri ballarini: creditis vos abire
ipunitos etiaȝ in hac vita? Cer
te deus iuſtus:⁊ ſancti:quoꝝ fe
ſta polluitis ⁊ vituperatis ꝯtra
vos iudicia parāt. Sȝ ⁊ ꝙ cho
reiȝantes in alia vita puniātur:
patet Job.xxi.d.tenent tympa-
nū ⁊ cytharam ⁊ gaudent ad ſo
nitū organi. Ducunt in bonis
dies ſuos ⁊ in pūcto ad inferna
deſcendunt. Et in ſignum hu-
ius eſt:quia choree ad ſiniſtraȝ
ducuntur. Prouer.iiij. Vias q̄
a dextris ſunt nouit dominus.
ꝑuerſe autē ſunt que a ſiniſtris
ſunt. Et Auguſtinus. Omnis
motus petulantie: ſaltus eſt in
profundū cloace. In inferno.n.
ſunt choree ad q̄s choree iſtius
mundi ꝑducūt.ſunt.n. ibi mul-
te ꝓceſſiones.pctōꝝ.ſ.ſupboꝝ:
auaroꝝ:luxurioſoꝝ:qui ibi cāta
būt cātū lugubrē. Cātāt.n.can-
tionem cōtinētē.vij.verſus lu-

gubres.Dicunt.n.ve:q2 deū of-
fendimus:ve:q2 dyabolo ꝯſen
ſimus ve:q2 nati ſumus:ve: q2
male torquemur : ve:q2 mori ñ
poſſumus:ve:q2 nunq̄ȝ liberabi
mur:ve:q2 cū dyabolo ſemper
erimus.Ad iſtas choreas infer
nales iſte choree mūdane ꝑdu
cunt.Sed audi terribile exēplū
diuine vltionis ꝯtra ballatores
Legit̄ in lib.exēplorum. Quod
erat quedā iuuenis bñ chorei-
zās vaga ꝛ laſciua:que erat cā
multoꝝ peccatoꝝ.Dic igit̄ qua
dā apparuit dyabolus i forma
vnius viri oñdentis ſe eſſe balla
torē.Q đ ꝓpendētes aliqui fece
rūt.venire ꝑdictā puellam.Et
choree viroꝝ ꝛ feminaꝝ icepte
ſunt.Dū ergo dyabolus trāſfi-
guratus cuȝ ſupradicta iuuene
choreizaret eaȝ de medio balli
ꝑ aera aſportauit ad īfernuȝ in
aia ꝛ in corpe.Ex quo oēs pre-
riti remāſerūt.Idcirco.ſ. Effrē
in ſmone de pnia bene admo-
nebat dicēs.Vbi cythara cho
riqȝ ꝑſtrepūt:vbi viroꝝ:ac mu-
lierū ſaltatio ibi dyaboli celebri
tas eſt.Et qd ꝓdeſt admomen
tū tpis hic choreas agere:feſta-
qȝ celebrare:illic vero i eternuȝ
cruciari?Neqȝ.n.poſſibile ē ꝛ i
pñti ſeculo gaudere tꝑaliter: ꝛ i
futuro regnare cū dño:angelo-
rūqȝ itereſſe leticie.Ceteꝝ his g

ſe hic iocis plauſibuſqȝ addicūt
illa dñi ſentētia cōgruit qua di
cit. Vhe vobis qui ridetis nūc
q2 lugebitis illic ꝛ flebitis . hec
illc.Et dñs ꝑ os Amos. viij.
Cōuertā feſtiuitatē veſtrā in lu
ctū ꝛ gaudiū veſtrū i luctū.
Et Iſa .iij. Pro eo ꝙ leuate
ſunt filie ſyon:ꝛ ambulauerunt
extēto collo:ꝛ nutibus oculoꝝ
ibāt:ꝛ plaudebāt:ꝛ ambulabāt:
ꝛ pedib9 ſuis ꝯpoſito gradu ice
debāt: decaluabit dñs verticeȝ
filiaꝝ ſyon:ꝛ dñs crinē eaꝝ nu
dabit. In die illa auferet dñs
ornamētū calciamētoꝝ ꝛ lunu-
las ꝛ torques:ꝛ mōilia:ꝛ armil
las.ꝛ mitras ꝛ diſcriminalia.ꝛ
pichelides.ꝛ murenulas. ꝛ olfa
ctoriola.ꝛ inaures.ꝛ annulos.ꝛ
gēmas i frōte pēdētes.ꝛ lintea-
mina. ꝛ acus.ꝛ ſpecula. ꝛ muta
toria.ꝛ palliola.ꝛ ſyndōes.ꝛ vit
tas ꝛ theriſtea. Et erit ꝓ ſuaui
odore fetor ꝛ ꝓ zona funiculus
ꝛ ꝓ criſpāti crine caluiciū ꝛ pro
faſcia pectorali ciliciū pulcherri
mi quoqȝ viri tui gladio cadēt:
ꝛ fortes tui in ꝑlio.Et merebūt
atqȝ lugebūt porte eius ꝛ deſo-
lata i terra ſedebit. Relinquite
igit̄ has ſaltatiōeſ vt poſſitis in
fernales penas euadere ꝛ feli-
cia regna poſſidere.Amen.
¶Feria quarta cineruȝ. De pe
nitentia.Sermo.vij.

vide i homelia 4ª dnīce aduētꝰ q̄ ſit fructū pnīe facere: et dignū pnīe facere



Heſaurizate vob the.
in te Mat.vi.hodie ſa-
croſancta mater eccle-
ſia a ſpūſancto illuminata cun
ctis fidelibus repreſentat tem-
pus illud ſanctū:ꝛ optimo ma-
ximoqȝ deo acceptū: qđ penitē
tie tēpus ꝛ lachrimaruȝ merito
noiat̄.Ad hoc doctor gentium
Paulus dulciter nos iuitat.ij.
Cor.vi.d.Ecce nūc tp̄s accepta
bile ecce nūc dies ſalutis.Dies
ꝗppe ſalutis ſunt:in qb9 ꝑ peni
tētiā vera ſalus deus inuenit̄:ꝛ
indeficiētes theſauri in empy-
reo celo reponūtur. Et hoc eſt
qđ dicit thema noſtrū i euāge-
lio hodierno recitatuȝ. In quo
tria nobis ſingularia documen
ta ꝓbent̄.¶Et primū eſt ꝙ hy-
pocriſis:vitiū fugere debemus.
Inquit.n.in ꝑma pte euāgelij.
Nolite fieri ſicut hypocrite tri
ſtes.¶Scđm documētū ꝙ de
bem9 vngere cap.i.placare xp̄ȝ
oleo ſancto bonoꝝ opeꝝ die ac
nocte nos in ipis exercēdo . Et
hoc tāgit ſcđa pte euāgelij vbi
dr̄.vnge caput tuū.¶Tertiū do
cumētū ē ꝙ nō debem9 itēdere
cumulatōi reꝝ tꝑaliū q̄ fragileſ
ſunt: ſȝ magis conari vt veras
virtutum diuitias ꝛ in eternuȝ
ꝑmāſuras mediāte ſacra pnia
aſſequamur de qua hoc mane
tria videbimus.

¶Primo.Quidditatem.
¶Scđo. Poteſtatem.
¶Tertio. Inducibilitatem.
¶Primo ꝯſiderare debemus
pnie quidditatem. Pnia.n. va
rie diffinita ē a diuerſis docto-
ribus:vt habet̄.de pe.di.iij.fere.
per totuȝ.Et in.iiij.ſentē.diſtin.
xiiii.Inter ceteros autē docto-
res eā diffiniētes fuit Grego.
cū quo ꝯuenit Ambro.d. Pe- di. 3. ca. pema
nitētia eſt ꝑterita mala plāgere:
ꝛ plāgēda iteꝝ non ꝯmittere:h
ille.Magiſtraliter autē ꝛ com-
plete diffinit̄ ſic. Penitētia eſt
virtus a deo nobis infuſa qua
ꝯmiſſa mala plāgimus:cū emē
datiōis ꝓpoſito:ipſi deo nos re
cōciliās.Iſta diffinitio eſt ma-
giſtralis:ꝛ pfecta ꝛ totaȝ nām
pnie ſatis patēter euacuat.Cōti
net.n.q̄ttuor gnā cāꝝ quas phs
ij.phy.Et in.i.ac.v.metha. enu-
merat.d.Cauſe ſūt q̄ttuor.ſ. ma
terialis formalis efficiēs:ꝛ fina
lis.Tūc aūt eſt ꝯpleta diffinitō
vt ait idē Phs.i. Poſte.Et.ij.
Phy.quando per oēs cauſas
datur. Et in.vij.metha . dicit.
Diffinitiones q̄dā ſunt ꝑ māȝ
quedā ꝑ formā quedā ꝑ vtrūq̄ȝ
Et he quideȝ cauſe in predicta
diffinitione includuntur. Prio
igit̄ in ipſa diffinitione ponit̄ cā
efficiēs cū dr̄.virtus a deo.Nā
a nobis virtutē pnie habere nō

poſſumus:ſed ipſam a deo in-
fundēte benignitate ſua obtine
mus. Et hoc cōe eſt virtuti in-
fuſe. vnde Aug. virtutē theologi
ce i cōi diffiniēs ait: virtus ē bo
na ꝗlitas mētis: qua recte viuif
qua nullus male vtif: quā deus
i nobis ſine nobis operaf: hec
ille. Pnia ḡ cū ſit ꝗdaʒ virtus
a deo: nō nr̄a iduſtria ipſaʒ ac-
quirimus: ſed deꝰ ex ſua benigni
tate cuicunqʒ voluerit infundit
ad Ro.ix. Nō volētis: neqʒ cur
rētis ſʒ miſerētis eſt dei. Et ad
Phi.ij. Deꝰ eſt.n.ꝗ opaf in no
bis ⁊ velle ⁊ ꝑficere ꝓ bōa volū
tate. Et.ij. Cō.iij. Nō ꝙ ſufficiē
tes ſimus cogitare aliqd a no-
bis ꝗſi ex nobis: ſed ſufficientia
nr̄a ex deo eſt. Hoc cognoſcēs
Hiere.xxxi. dicebat i ꝑſona pec
catoris. Cōuerte me ⁊ ꝯuertar
qꝛ tu dn̄s deꝰ meꝰ: poſtq̄ʒ.n. cō
uertiſti me: egi pniam. ¶ Scđa
cā dr̄ formalis ꝑfectiua. Forma
.n. vt ait Phs. viij. meth. Eſt ꝙ
d it eſſe rei. Et in.ij. Phorum.
Forma eſt finis mãe. In diffi-
nitiōe igif pnie notaf cā forma
lis cū dr̄. Nobis iſuſa.ſ. ꝑ grati
a n gratū faciētē. ſine qua nulla
pnia. ē vera nec deo grata: ſine
qua nullus dolor de peccatis ē
vtilis. Per nos.n. i peccata di-
labi poſſumꝰ ⁊ demereri: ſʒ nō
ꝓ ꝯſumꝰ a peccatis ꝯſiſtere ⁊ re
ſurgere: vł opus meritoriū age
re ſine diuina gr̄a que ē forma
animā viuificans ⁊ ꝑficiēs. De
qua inquit apoſtolus.i. Cor. xv.
Gr̄a aūt dei ſum id qđ ſum.
Et Aug. i Enchiridion. ait. Ad
bn̄ agēdū: nō bene erit hoi abdi
to ⁊ vēdito ꝑ peccatū: niſi eū ꝑ
ſuā gratiā redimat ille ꝗ dicit.
Si filiꝰ vos liberauerit: vere li
beri eritis: hec ille. ¶ Tertia dr̄
cauſa mãlis ⁊ obiectiua cū ſub
inferf. Qua ꝯmiſſa: mala plāgi
mus: cū emēdationis ꝓpoſito.
Cū.n. dr̄: cōmiſſa mala. De ma
lis ꝯmiſſis ⁊ actualibꝰ intelligē
dū eſt: qꝛ de peccato originali ꝓ
prie loquēdo: nō pōt eſſe penitē
tia. Nā ipſa ꝯtritio ⁊ penitētia
vt dicit.ſ. Doc. in. iiij. di.xvij.q.
ij. reſpicit ea. que a nobis volun
tarie ꝯmiſſa ſūt. Originale au-
tē peccatū nō eſt ex ꝓpria volū
tate nr̄a introductū: ſed ex vitia
ta nūc originale cōtractū. Be-
ne de eo pōt eſſe dolor ⁊ diſpli-
cētia: ſicut de oi alio defectu: ſʒ
nō eſt ꝓprie pnia. Unde pnia
in duobꝰ mãliter ꝯſiſtit.ſ. in do
lore p̄teritorū peccatoꝝ: ⁊ in ꝓ
poſito cauēdi a futuris. Nihil
eniʒ prodeſſet de tranſactis do
lere: niſi futura euitarenf. Qua
propter Augu. in ſolilo. Et de
pe. di. iij. c. Inanis eſt peniten-
tia: quam ſequēs culpa coinqui



nat. Uulnus iteratū ſanaf tar-
dius. Frequēter peccās ⁊ lugēſ
veniā vix merebitur. Nihil ꝓ-
ſunt lamēta ſi replicanf pecca-
ta. Nihil valet veniaʒ de malis
poſcē ⁊ mala denuo iterare: hec
ille. Et Smaragdꝰ. de peniten.
di. iij. c. Ille pniaʒ digne agit: ꝗ
ſic preterita mala deplorat: vt
futura iteꝝ non omittat. Nam
qui plāgit peccatū: ⁊ iterum ad
mittit peccatū: quaſi quis lauet
laterē crudū: quem quanto ma
gis abluit tanto magis lutū fa-
cit: hec ille. Et Iſidorꝰ de ſūmo
bono de penitē. diſti. iij. c. Irri-
ſor. Eſt nō penitens qui adhuc
agit quod penitet. Nec videtur
deum poſcere ſubditus: ſed ſub
ſannare ſuperbus. Et Grego-
rius de penitētia diſtin. iij. Pe
nitentiam quippe agere digne
non poſſumus: niſi modū quo-
qʒ penitētie cognoſcamꝰ. Pe-
nitentiam quippe agere eſt: ⁊ p̄
terita mala plāgere: ⁊ plangen-
da non perpetrare. Naʒ qui ſic
alia deplorat: vt iterum alia cō
mittat: adhuc penitentiam age
re aut ignorat aut diſſimulat.
Quid eni prodeſt ſi peccata lu-
xurie quis defleat: ⁊ tamen ad-
huc auaritie eſtibꝰ anhelat: hec
ille. ¶ Quarta cauſa dicitur fi-
nalis ⁊ tāgitur ibi. Deo recōci
lians. Finis eni penitētie eſt de-
um offenſum recōciliare ⁊ vitā
eternam adipiſci. vnde dicitur.
Mat. iij. ⁊. iiij. Penitentiā agi-
te appropinquabit enim regnū
celorum. Hec eſt vera oblatio
celeſtem patreʒ reconcilians ⁊
placans. De qua Lactantius li
bro. vi. c. xxiiij. ait. Nam ſi libe-
ros noſtros cū delictorum ſuo
rum cernimus penitere corre-
ctos eſſe arbitramur: ⁊ abdica-
tos abiectoſqʒ rurſus tamē ſu-
ſtentamus: ſuſcipimus: fouemꝰ:
āplectimur. Cur deſperamꝰ cle
mentiā dei patris penitēdo poſ
ſe placari? Ergo idē deus ac pa
rens indulgentiſſimꝰ remiſſuꝝ
ſe penitentibꝰ peccata ꝓmittit:
⁊ obliturū omnes iniqtates eiꝰ
qui iuſticiaʒ denuo ceperit ope
rari: hec ille.

ſ Ecundo pͥncipaliter cō
ſiderare debemus peni
tentie poteſtatem. Hic
venit pulchre diſputandum.
Utrum penitentia ſit tante po
teſtatis ⁊ virtutis: vt omnia pec
preeſſe. Probat hoc Apl's.ij. theſ.ij.di. Qui extollit̃ ⁊ aduerſatur ſuꝑ oẽ qđ dicitur de⁹:aut qđ colitur. Suꝑ quibus verbis dicit Ber. Dico.n.vobis ꝙ nõ ille tm̃: ſ3 oīs ſuperbus extollit̃ ſupra deu3.vñ Anſelmus. Ob hoc recte dicit̃ de ſupbia:q2 voluntatẽ dei quã ſequi debet nõ vult hẽre ſuꝑ ſe:ſ3 ipſi deo auffert ꝓ̃tum in ſe eſt. Dicam⁹ igr̃ ſic. Illud pctm̃ quo maxime hõ extollit ſe ſuꝑ deum: ⁊ maxime opponit ſe ſue maieſtati eſt peccatũ maximũ atq3 grauiſſimũ. Supbia maxime extollit ſe ſupra deum: vt p3 ex p̃miſſis. Et Iob.xv.de ſupbioſo dicit. Tetẽdit aduerſus deũ manũ ſua3: ⁊ ꝯtra oīpotentẽ roborat⁹ eſt. Cucurrit aduerſus eũ erecto collo ⁊ pingui ceruice armatus eſt. h̃ ille. Vñ Boe. Cũ oīa fugiãt a deo:ſola ſupbia opponit ſe deo hec ille. Vult.n.deus fieri volũtatẽ ſuã:vult ſupbus fieri ⁊ ſuã. Ecce pugna ⁊ duellũ maximũ. Supbus enim impugnat deũ ⁊ certat ꝯtra eu3 in omni loco: in domo:in plateis:in eccleſijs in p̃dicationibus:in ꝯuiuijs:q2 ſemꝑ conatur alijs preeſſe:⁊ in omni tꝑe. Diebus.n.feſtis quidam cauẽt a multis peccatis:ſ3 ſupbus tunc magis exercet ſuã inflationẽ:in veſtimentis:in ornamentis:in pompis:⁊ per maxime id agũt ſupbe ⁊ elate mulieres:in omni ꝑſona:q2 ſupbia aufert a deo religioſoſ:clericos prelatos:dños: nobiles ⁊ ignobiles. Latitãt.n.ſub cinere ⁊ cilicio vt ait Augu. O quanti nemena cũ cento milia dyauoli a linferno maledicta ſuperbia. A qua maxime cauendu3 ſicuti a peſſimo ⁊ grauiſſimo peccato: ⁊ profunde humilitati vacãdũ. Vnde Iero. ad Abigaum hiſpanum. Quãquã mihi multoꝝ ſim cõſcius peccatoꝝ:⁊ quottidie in orationibus flexis genibus loquar: delicta iuuentutis mee ⁊ ignorãtias meas ne memineris:tamẽ ſciens dictu3 ab apoſtolo:ne inflatus ſupbia incidat in iudicium dyaboli: ⁊ in alio loco ſcriptũ. Supbis deus reſiſtit:humilibus autẽ dat gratiam:nihil ita a pueritia vitare conatus ſum:ꝗ̃ tumente3 aiu3 ⁊ erectam ceruicem:dei ꝯtra ſe odia prouocante3. Noui enim magiſtrum ⁊ dñm ⁊ deu3 meum:in carnis humilitate dixiſſe. Diſcite a me quia mitis ſu3 ⁊ humilis corde. Et ãte per os Dauid cecinisse. Memẽto domine Dauid ⁊ omnis mãſuetudinis eius. Et in alio loco legimus. Ante gloriã humiliatur cor viri ⁊ añ ruinã eleuat̃. h̃ ille



Secundo principaliter conſiderare debemus originationẽ. originatur enim ex multis cauſis ſed breuiati attendens quattuor tantum explicabo.

¶ Prio.ex generis nobilitate.
¶ Scđo.ex potẽtie ſublimitate.
¶ Tertio.ex ſcie luminoſitate.
¶ Quarto. ex diuitiarũ multiplicitate.

¶ Primo ſupbia orit̃ ex generis nobilitate. Vnde Saluſti⁹. Cõe malũ nobilitatis ẽ ſupbia. Hoc experimẽto quottidiano videmus. S3 ſumme vanitatiſ ⁊ ſtultitie eſt:q2 nobilitas carnis vana ⁊ falſa eſt:cũ nihil realiter in ipſa re correſpõdeat. Et iuxta ph3 in p̃dicamẽtis. Ex eo ꝙ res eſt vel nõ eſt.oratio dicit̃ vera vel falſa.vnde ⁊ magnus phs Iſaac in lib.de diffinitionibus dicit ſic. Veritas eſt adeq̃tio rei.⁊ intellectus. Et idẽ Ari. vi.meth. Cũ ergo nihil ex parte rei nobilitati carnis correſpondeat.ergo nobilitas carnalis ẽ vana ⁊ falſa:nihil veritatis habens:niſi ſm imaginatione3 ⁊ opinionẽ. Qđ autem nihil ſibi correſpõdeat ex parte rei. ꝓbat̃ ex quadruplici cauſa. Nã non ex cauſa efficiente. Eque enim ex hac cã nobiles ſumus: q2 eſt idẽ pater oĩbus;qui eſt deus artifex omnium: Malach.ij. Nũquid non pater vnus omnium noſtrũ? Nũquid nõ deus vn⁹ creauit nos? Ad hunc cõem patrẽ oẽs cõtadini:ciues artifices epi:principes ⁊ reliqui viuẽtes clamant quottidie. Pater noſter qui es in celiſ. Vnde Boetius.li.iij.de ꝯſo. egregie dicit. Omne hoium genus in terris ſimili ſurgit ab ortu. Vnus.n. rerũ pater eſt:vnus qui cuncta miniſtrat. Ille dedit phebo radios dedit ⁊ cornua lune. Ille hoies ẽt terriſ dedit ⁊ ſydera celo. Hic clauſit mẽbris aios: celſa ſede petitos. Mortales igit̃ cũctoſ edidit nobile gen⁹. Quid genus ⁊ proauos ſtrepitiſ:ſi primordia veſtra. Auctorẽq3 deu3 ſpectes null⁹ degener extat. Ni vitijs peiora fouẽs ꝓpriũ deſerat ortũ.hec ille. Similiter oẽs ⁊ ſinguli principiũ ⁊ patre3 hñt eundẽ Adã. Nõ ex cauſa mãli vnus eſt altero nobilior. Dicit̃ enim ex hac cã:vna res altera nobilior que h3 nobiliorẽ materiã:vt vas aureũ dicitur nobilius ligno.oẽs igitur cõtadini: ciues:prelati:domini ⁊ ceteri: ex eadẽ maſſa terre quantum ad corpus formati ſunt. Geñ. ij. Formauit de⁹ hominẽ de limo terre. Geñ.iij. De terra ſumptus es q2 puluis ẽ. Nõne vt

ait Ber. De ẽ corp⁹ humanũ eſt vas ſtercoꝝ: ubi vermiũ. ⁊ ſentina fetoꝝ. h ille. Quid hꝫ nobilis amplius cõtadino i ↄceptione: in natiuitate: i morte: ⁊ poſt mortẽ corpis. Certe nihil. Et ſic pꝫ ex cauſa mãli alteruꝫ altero nõ eſſe nobiliorẽ. Nõ ex cauſa formali vn⁹ eſt altero nobilior. Nã a forma eſt eẽ ⁊ nobilitas rei. Et cũ oẽs hoiuꝫ aie ſint vni us ſpẽi ⁊ nãe. Ex hoc aie i nobilitate ſunt eq̃les. Preterea oẽs aie ſunt create ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ dei. Geñ. i. Oẽs repreſentãt vnitatẽ ⁊ trinitatẽ dei Oẽs hñt i ſe imortalitateꝫ. oẽs ↄtinẽt eaſdẽ pſonal ⁊ hmõi. vñ ex hac pte aia ↄtadini nõ ẽ vilior aia ciuis. nec dñs ẽ eo nobilior. Nõ deniqꝫ ex cã finali vn⁹ eſt altero nobilior: qꝛ omnium hoiuꝫ pauperũ ⁊ diuitũ: ↄtadinoꝝ ⁊ pncipũ. oium ſanctoꝝ ⁊ angeloꝝ. eſt vnus atqꝫ idẽ finis ad queꝫ vocati ⁊ creati ſumus. Apoc. i. dr̃ ex pte dei. Ego ſum alpha ⁊ o pncipiũ ⁊ finis. De⁹ .n. eſt pncipiũ per creationẽ. ⁊ finis p btificationẽ: vt oĩs theologoꝝ ſcola teſtať. Ex his pꝫ ꝙ nobilitate carnis nemo eſt altero nobilior: vn⁹ tñ altero nobilitate virtutis pſtat. Vñ Iero. ad cellantiã. Nobilitaſ ſumma apud deũ eſt clarũ eſſe virtutibus. Ille apud deũ preeſt potior: non quẽ dignitas ſeculi aut nobilitas generis: ſꝫ quẽ deuotio: fides: ⁊ ſancta vita ↄmẽdat. Et ex̃ de prebẽdis. c. venerabilis dr̃. Nõ nobilitas vitęqꝫ honeſtas generis ſed virtutũ faciunt gratũ deo. Et Iuuena. i ſatyra. Stemata qd faciũt: ſic inquit. Malo tibi pr̃ ſit terſites: dũmõ tu ſis. Eacide ſimiľ: vulcaniaqꝫ arma capeſcas. Quaꝫ te. Terſites ſileꝫ pducat Achilles. Audi Lactã. li. v. c. xv. De⁹ .n. q hoies generat ⁊ iſpirat oẽſ eq̃s. i. pes eẽ voluit eadẽ conditionẽ viuẽdi oib⁹ poſuit: oẽs ad ſapiaꝫ genuit oib⁹ imortalitatẽ ſpopõdit. Nemo a bñficijs ſuiſ celeſtib⁹ ſegregať. Nã ſicut oib⁹ vnicũ ſuũ lumen eq̃liter diuidit emittit oib⁹ fontes victũ ſubminiſtrat. getẽ ſõni dulciſſimã tribuit. ſic oib⁹ eq̃tatẽ virtutẽqꝫ largiť Nemo apd deũ ſeru⁹ eſt. Nemo dñs. Si .n. cũctis pr̃ ẽ equo iure oẽs liberi ſum⁹. Nẽo deo paup eſt: niſi q iuſtitia indiget. Nẽo diues niſi q virtutib⁹ plen⁹ eſt. Nẽo deniqꝫ egregi⁹ niſi q bon⁹ ⁊ inocẽs fuerit. Nemo clariſſim⁹: niſi q opa miſericordie largiter fecerit. Nẽo pfectiſſim⁹ niſi q oẽs gradus virtutis impleuerit. h ille. Audi deniqꝫ Marcũ Tuliũ in inuectiua cõ



tra Saluſtiũ nobiliorẽ ſe putantem: ⁊ vilẽ Tuliũ exiſtimanteꝫ. Ego meis maiorib⁹ vtute mea pluri: vt ſi prius noti nõ fuerint a me ſumãt initiũ memorie ſue Tuis tu vita: quaꝫ turpiť egiſti magnas effundiſti tenebras: vt etiã ſi fuerit egregij ciues: certe venerint in obliuionẽ. Satius eſt me meis reb⁹ geſtis florere. q̃ʒ maiorũ opinione niti: ⁊ ita viuere vt ſim poſteris meis ⁊ nobilitatis initiũ ⁊ virtutis exemplũ. Neqꝫ me cõferri cũ his de cet. p. ↄſcripti: qui iã deceſſerũt: omniqꝫ odio carent ⁊ inuidia: ſed cũ is qui mecũ vna in republica verſati ſunt. h ille. Cuꝫ igiť ab vno deo oẽs ſim⁹ creati ⁊ ex eodẽ luto fabricati: vno celo cõcludimur: vno igne fouemur: vna aqua abluimur: vno aere ſpiramus: vno igne calefimus: vna terra ſuſtentamur: eiſdeꝫ cibis nutrimur: oẽs ore loquimur oculis videmus: aurib⁹ audimus: oẽs ad eundẽ finẽ tendimus: oẽs eodem mõ naſcimur ⁊ morimur: ac vermibus deputamur. Quid ſuperbis de nobilitate carnis: cũ ſis puluis ⁊ cinis? Propterea. Eccle. x. Cum eni moriť hõ hereditabit ſerpẽtes ⁊ beſtias ⁊ vermes: Sꝫ dices. In libris ⁊ vrbis q̃tidie multi appellanť nobiles: ⁊ ſic videnť eẽ cũ ab alijs i ſtatu differãt. Rñdeo ẽm Ariſto. iiij. politicoruꝫ. Nobilitas carnis nihil aliud eſt q̃ʒ antiquate diuitie. ex eo ꝙ propter diuitias maiores tui nõ laborabãt ſed abũdãter viuebant: proceſſerũt teneri de licati: dediti a bon tempo: ideo nobiles dicti ſunt. Quod viles ⁊ pauperes facere nõ potuerũt propter inopiaꝫ. ¶ Secũdo oritur ſuperbia ex potẽtie ſublimitate. Hoc patet i Saul: qui antequã ſumeretur in regem iſrľ: erat paruulus ⁊ humilis: ſed in regali dignitate miro modo ſuperbiuit. i. Ro. xv. Quod ⁊ vt plurimuꝫ ceteris principibus accidit. Sed ⁊ hoc vanum ⁊ ſtultũ cum ex alieno dono ſuperbiãt. Unde Apoſtolus Roma. xiij. Non eſt enim poteſtas niſi a deo. Iteꝫ Eccleſia. x. In manu dei poteſtas terre. Et. i. In manu dei poteſtas hominis: Quã obreꝫ ex ea nulla eſſe poteſt gloria: ⁊ per conſequens nulla ſupbia. ergo de potentia non te leues in ſuperbia. Unde Ugo de ara anime: ⁊ btũs Bernar. in libro meditationum contra ſuperbiſſimos preſidentes exclamant. Quid profuit illis inanis gloria. breuis letitia: mundi potentia: carnis voluptas: falſe diuitie: magna familia: ⁊

mala concupiſcētia: vbi riſus: vbi iocus. vbi iactantia. vbi arrogantia. de tanta leticia quāta triſticia poſt tantā voluptatē tā grauis miſeria. de illa exultatione ceciderūt in magnā ruinā: ꝛ magna tormenta. Quicqd illis accidit: tibi accidere pōt: q2 homo es: hō de humo: limus de limo: de terra es: ꝛ de terra viuis: ꝛ in terrā reuerteris. hec ille. ¶ Tertio orit̄ ſupbia ex ſcie(n)tioſitate paulo atteſtate. Scientia inflat. Q̄ꝺ quidē vanum eſt: ꝟuꝫ ſupbiat hō ex re que eſt a deo. Eccl.i. Omnis ſcia a domino deo eſt: ꝛ cū illo fuit ſemper: ꝛ eſt añ cuū. Tales.n. ſupbi non ſciētes: ſꝫ ſtulti ſunt. Iuxta illud Apl̄i. Ro.i. Dicētes eniꝫ ſe eē ſapientes: ſtulti facti ſunt. Cur ergo de ſcia inflaris. Cur te iactaris. Cur te gloriaris. ſcia enim huius mūdi: vana ꝛ ipfecta eſt: dicēte Aueroy ſup. ij. de aia: Ea que ſcimus ſunt minima ps eoꝝ que ignoramus. ¶ Unde Socrates: vt traditur a Platōe: teſtatus eſt in iudicio humanā ſapientiaꝫ nihil eſſe: ꝛ ſe nihil ſcire niſi vnuꝫ. ſ. ꝙ nihil ſciebat: ſicut Lactātius refert i principio de ira dei. ¶ Quarto Supbia oritur ex diuitijs. Ait enim Aug. in lib. ſupputationū. Et ſuper. ps. cxxxvi. Maluꝫ q̄ꝺ iportant maxime diuitie in tantis hoibus eſt ſupbia. Nō eniꝫ malū auꝝ eſt: q̄ꝺ ꝯdidit deus: ſꝫ hō malus eſt relinquēs creatorē ꝛ ꝯuerſus ad creaturā. idē li. l. homl̄. homelia. xiij. ait. Uermis diuitiaꝝ eſt ſupbia: difficile eſt vt nō ſit ſupbus: qui diues eſt: tolle ſupbiā ꝛ diuitie nō nocebūt. h̄ ille. Diuitie iactāt: paupertas deicit: paupes vt plurimū ſunt humiles: obediētes: obſeqoſi: ac tractabiles. dū āt pueniūt ad diuitias cōiter efficiūt ceteris iflatiores ꝛ arrogantiores: adeo vt nolint cognoſcē parētes ꝛ amicoſ. Et ab his cauēdū eſt. Ait. n. Ari. ij. rhet. Peiores ſunt nup ditati: q̄ꝫ ditati ab antiq̄. Sed ꝛ hoc vanū: q2 diuitie auferunt nec nobiſcuꝫ ſtare pñt: imo ꝛ aiaꝫ mergūt i iſernū. Unde Luc. xij. Stulte ac nocte aiaꝫ tuā repetent a te: ꝛ q̄ ꝯgregaſti cu9 erūt. Et apl̄s. i. thi. vlt. ait. Diuitib9 huius ſeculi: p̄cipe: nō ſublime ſpare: neqꝫ ſperare in incerto diuitiaꝝ: ſꝫ in deo viuo: qui p̄ſtat nobis oia abunde ad fruendū. Pōt addi ꝙ ſuperbia ꝑcedit ꝛ orit̄ a pulchritudine: vt ait Oui. de faſtis. Faſtus ieſt pulchris: ſeqturqꝫ ſuperbia formā. Quod quidē vanuꝫ ꝛ nihil eſt. Prouer. vltimo. Fallax gratia et vana eſt pulchritu-



do. Et hoc maxime ꝯtra mulieres ſupbientes ꝑpter pulchritudinē: cū ois caro ſit fenū. Iſa. xl. Et pulchritudo eſt multoꝝ laqueus: quo a dyabolo capiunt̄ ſicut pulcher Abſalon capt9 fuit a ramo arboris: vt habet̄ in libro regū. Itē pulchritudo eſt nihil: quia eſt tegimē fetoris ꝛ facile perdit̄ per febriculā. Ait eniꝫ Ouidi9 libro de arte. Forme bonū fragile eſt quantūqꝫ accedit ad ānos. Fit mior ꝛ ſpacio carpit̄ ipſa ſuo. Nec viole ſemper nec lilia candida florēt. Pꝫ igitur nihil oino eē de quo ſit ſupbienduꝫ. Audi Iero. ſup Mat. in illo verbo. Quid ꝓdeſt homini ſi vniuerſum mundū lucret̄. Mat. xvi. Si haberes ſapiam Salomonis: ſi fortitudinē ſanſonis: ſi lōgeuitatē Enoch: ſi diuitias Creſi: ſi potentiā Octauiani: qd prodeſt: cum tandē caro9 datur vermib9 ꝛ aia demonib9 cū diuite epulone ſine fine cruciāda: Nulla res lōga mortaliū eſt: oiſqꝫ felicitas ſeculi dū tenet̄ amittit̄. Cū. n. tribulatiōis illud tp̄s aduenerit oē q̄ꝺ p̄cioſum ē nihil adiuuat hn̄tē. h̄ ille.

T Ertio principaliter cōſiderare debem9 ſpecificationē. Queadmoduꝫ eni dicit Gre. xxiij. mora. Et. ſ. Doct. ſcd̄a ſcd̄e. q. clxij. arti. iiij. Et dn̄s Albert9 magn9. ij. ſen̄. di. xxv. Quattuor ſūt ſpēs ſupbie. Prima cū hō non a deo ſꝫ a ſeipſo eſtimat hr̄e. ſ. aut bonuꝫ ſpirituale: vt virtutes: ingeniuꝫ ꝛ ſcientias ꝛ huiuſmōi: Aut bonū corpale: vt fortitudinē: ſanitatem ꝛ pulchritudinē. Aut bonū tēporale. vt diuitias. dominiuꝫ. filios. nobilitatem. ꝛ his ſimilia Secūda ſpēs ſuperbie eſt cum aliquis ſupradicta licꝫ credat ſe hr̄e a deo: tñ exiſtimat hoc habere p̄ncipaliter ꝑpter ieiuniū: elemoſynā: orones: ꝛ huiuſmodi merita ſua. Tertia ſpēs ſupbie eſt: cū aliqs reputat ſe habere p̄dicta bōa in notabili ꝛ maiori quātitate q̄ꝫ habeat. Quarta ſpēs ſuperbie ē: cum aliqs cupit eſſe in ſupradictis bonis ſingularis: alios indebito mō deſpiciens. In his quattuor modis aduertente ꝛ cōſentiente ratione interuenit peccatum mortale grauiſſimū ꝛ ſeuera puniti one dignum. Naꝫ dicitur Iſa. ij. Dies dn̄i ſuper omnē ſuperbum ꝛ excelſum ꝛ arrogantē ꝛ humiliabit̄. Et Iſa. xxviij. De corone ſuperbie pedibus cōculcabitur ſuperbia. Et Michee. i. Calcabit dn̄s ſuper excelſa. Et Iere. l. Ecce ego ad te ſuperbe dicit domin9 deus exercituuꝫ: q2 venit dies tua tēpus viſita-

tionis tue:⁊ cadet ſupbus ⁊ cor
ruet:⁊ nõ erit qui ſuſcitet eum.
Et Abdie.primo.Si exaltatus
fueris vt aquila:⁊ ſi iter ſydera
poſueris niduʒ tuũ:inde detra-
baʒ te dicit dñs.Et Amos.vi.
Iurauit dñs deus in aïa ſua:
dicit dñs deꝰ exercituũ.deteſtor
ego ſuperbiã Iacob: ⁊ domus
eius:⁊ tradã ciuitatẽ cũ habita
toribus ſuis.h ibi. Et hec qdeʒ
grauiſſima punitio cõtra ſuper
bos inflicta exemplis clareſcit.
Primũ igit̃ exẽplum eſt lucife
ri:qui ob ſupbiã de paradiſo in
infernuʒ ꝓiectus eſt: ſicut legit̃
in Iſa.ꝓpha.c.xiiij.Quõ ceci-
diſti lucifer qui mãe oriebaris.
Corruiſti in terrã qui vulnera-
bas gẽtes:qui dicebas i corde
tuo in celũ aſcendã ſuper aſtra
celi exaltabo ſoliũ meũ: ſedebo
in mõte teſtamẽti in lateribus
aquilonis. Aſcẽdã ſup altitudinẽ
nubiũ ſimilis ero altiſſimo.hec
ille. Scðm exẽpluʒ terribile ha
bet̃.de illo Symone mago:qui
corã populo romano in tantaʒ
prupit elationẽ:vt ſe filium dei
diceret:⁊ celos ſe velle aſcendẽ
affirmaret. Videte igr̃ roma a
demonibꝰ ſublatꝰ eſt in aera:ſʒ
orãte Petro ⁊ Paulo : quãto
altiꝰ fuit eleuatꝰ:tanto ğuiori ca
ſu eiꝰ ſupbia detracta eſt.Impe
rãte nãqʒ Petro vt demones

eũ portãtes dimitterẽt cũ ĩpetu
nimio cecidit:⁊ fracto collo añ
eccliam ſancte marie noue:vbi
nũc maneat monachi de mõte
oliueto cõfuſus expirauit. Ter-
tiũ exemplũ de ſupbie punitiõe
pʒ in Nabuchodonoſor:qui vt
habet̃. Dañ.iiij.deambulãs in
aula ſua in ſuperbiã elatus:ait.
Nõne h babilõ magna ẽ:quã
ego edificaui i robore meo:fuit
punitꝰ acriter ex hoc motu ſup
bie. Immutatꝰ eni tũc fuit i be-
ſtiã:q̃ tñ mutatio vt ait Epipha
nius. Fuit ſʒ fantaſiã eiꝰ ⁊ alio
rũ aſpicientiũ:nõ ſm nãe ſpẽm
vel ſubſtãtiã. Idẽ ſentit Ambr.
in decretis.xxiij.q.v.c. Remit
tunt̃.vbi dr̃. Statim imutauit
deus nabuchodonoſor rõnalẽ
eiꝰ mentẽ.⁊ induit eũ ferina be-
ſtialitate:vt ab hoïbꝰ fugiẽs cũ
beſtijs viueret. Et vt dicitur in
hiſtorijs ſcholaſticis videbatur
ex pte capitis vſqʒ ad medium
bos:⁊ in reſiduo leo:quia tyrã-
ni ſunt in principio dominij la
sciui:⁊ poſt efficiuntur rapaces
⁊ ſuperbi ſicut leones populos
deuorãtes. Et ita mutatꝰ ami-
ſit regnũ per ſeptẽ tpa.i.per ſe-
ptẽ annos quibꝰ ſapiẽtes cum
filio nabuchodonoſor regebant
ipſo cum feris in deſerto habi-
tante. Et non ledebatur a be-
ſtijs ſic deo diſponẽte: Et vt di



cit magiſter hiſtoriarũ ſeptem
anni mutati ſunt in ſeptẽ men-
ſes quibꝰ paſſus eſt hanc alie-
nationẽ mẽtis. Nã per quadra
ginta dies patiebatur hãc alie-
nationẽ:⁊ in capite quadragin
ta dierum reuertabatur in ſe ⁊
ad ꝓprium ſenſum atqʒ flebat
peccatum ſuũ. Et exinde reuer
tebatur ⁊ ſic alternando cõple-
uit ſeptẽ menſes.tamen etiã ſe-
ptem ãnis ſtetit ſine vſu regni.
Vide quomodo verificat̃ ſen-
tentia. Eccleſ.x. Sedes ducuʒ
ſuperborũ euertit deus. Et ſe-
dere fecit ꝓ eis mites. Et Mat.
xxiij. Qui ſe exaltauerit humi-
liabit̃. vnde ſubiungit̃ in textu
ſcripture ꝙ nabuchodonoſor
multa humiliter ad ſe reuerſus
dixit:⁊ in fine ait. O ia opa dei
vera:⁊ oẽs vie eiꝰ iudicia:⁊ gra
dientes in ſuperbia poteſt hu-
miliare.h ille. Sed ceteris om-
miſſis adducamus in medium
totius orbis dñam ⁊ imperatri
cẽ Romã. Dicamus igit̃ o ro-
ma.vbi eſt illud quondã floren
tiũ ⁊ terrificũ imperiũ. O roma
vbi ſunt tui inſuperabiles exer
citus. O roma vbi ſunt tot ora
tores: tot tributa ꝓuinciarum
atqʒ regnorum? O roma vbi ſunt
tui robuſtiſſimi reges: iperato-
res: conſules:ſenatus:⁊ patres
cõſcripti? O roma.vbi ſunt ar

cus triumphales: templa:⁊ am
pliſſima palatia? O roma. vbi
ſunt feſta:ſpectacula:⁊ ineſtima
biles apparatus? O roma.vbi tã
ta tuorũ eloquentia.ornatus:ſa
pientia? O roma.vbi eſt timor
quẽ vniuerſo orbi incutiebas?
O roma.vbi argentũ ⁊ aurum
⁊ precioſa iocalia. O roma. vbi
numeroſitas iuuenũ ⁊ multitu
do puellarum. O roma.vbi eſt
caſtitatis exẽplũ ⁊ matronaruʒ
antiqua pudicitia. O roma.vbi
deniqʒ eſt virtus.fama ⁊ imor
tale nomen tuũ. Reſpõde que-
ſo. At illa. Reſpondeo ⁊ dico:
oia collapſa:omnia exinanita:
omnia nihilata ſunt. Et fateor
id mihi accidiſſe: deo puniente
qui me ſuperbam vidẽs: in ꝓ-
fundũ confuſionis ⁊ ignominie
me merito depreſſit. Audiamꝰ
autẽ in fine verba Chriſti. ꝯtra
ſuperbos cõminantis ⁊ dicen-
tis. Si diligenter ꝓſpexeris eos
qui animũ timẽtem ⁊ ceruiceʒ
eſſe erectã vſqʒ ad ſydera ſuſtu
lerũt.q̃ naufragia: quot ⁊ q̃ta
picula pro acquirẽdis honoribꝰ
ſubierũt:intelliges proculdubio
illos non mediocriter deſipuiſ-
ſe:quãdo quidẽ nil profuit eos
magnos ⁊ ğues deſudaſſe ago
nes: noctes ⁊ dies ſupra ina-
niter conſumpſiſſe: cum nunc
clara luce deprehendas omnia

Ita pro quibus tot impenderũt
ſudores vmbratica ⁊ prope nul
la fuiſſe. Reſpice queſo nunc ⁊
reuoca cogitationẽ tuã ad eos.
qui ſimilibus fulſere ſplendori
bus. vbi ſunt quos ambiebant
armatorum potentatus? Vbi
inſuperabiles oratores. vbi qui
feſta ↄuenientius diſponebãt?
Vbi equoꝝ ſplendidi nutrito-
res. vbi imperatores. vbi reges
vbi duces. vbi exercitus. vbi ſa-
trape. vbi tyrãni. nõne oia fauil
la ⁊ cinis? Reſpice ſepulchra ⁊
vide quis ſeruus. quis dñs. qs
potens. quis debilis. quis dege
ner. quis diues. quis pauper. qſ
pulcher. quis deformis. diſcer-
ne ſi potes vinctum a rege. pau
perẽ a diuite pulchrũ a deformi
Hec ſi frequẽter tractabis: nõ
aliquãdo ſuperbia intumeſces.
h ille. Ecce quõ puniũtur miſe-
ri ſupbi. Attendat igiẽ vnuſqſqꝫ
ſibi ⁊ ſuperbia depoſita humili
tatem ſequatẽ: ne in vindictã dei
punientis incidat. ne ſuperbum
dyabolũ imitetur. ne cũ ipſo va
dat in gehennaꝫ eternã. A qua
mitis ieſus nos eripiat. donãs
hic nobis gratiam ⁊ in futuro
gloriam. qui eſt benedictus in
ſecula. Amen.

¶ Feria ſcda prime. Domini-
ce quadrageſime. De iudicio.
Sermo. xiij.

[C]ongregabuntur an
te eũ omnes gentes
Mat. xxv. Si men-
tes humane fragili-
bus caduciſqꝫ rebus incũbẽtes
attenderent ac diligenter cõſi-
derarent: quãta ſit ſeueritas di
uine iuſtitie: quã maxime in no
uiſſimo iudicij tremebũdũ die
ↄtra pctõres exercebit: ꝓculdu
bio relictis vitijs: poſtergatis
cunctis mundi vanitatibus: ſe-
ſe ad virtutũ ſemitã reducerẽ co
narenẽ: quatenus ⁊ corporis ⁊
aie penas euadere: atqꝫ cũ xpo
ſine fine regnare poſſent. Ne-
mo eſt. n. tam durus ⁊ obſtina-
tus in malo: qui nõ moleſceret
ſi cogitaret dei filiuꝫ in nubibꝰ
celi venturꝫ eſſe in gloria ⁊ ma-
ieſtate: cũ tota militia celi ad iu
dicandũ orbem vniuerſum. an-
te quem congregabunẽ oẽs na
tiones. Et hoc eſt ꝙ teſtanẽ ver
ba ꝓpoſita: ⁊ in hodierno euã-
gelio recitata. In qua tria do-
cumẽta habemus. ¶ Et primũ
eſt: ꝙ quilibꝫ dꝫ firmiter tenere
vlẽ iudiciũ eſſe futurũ. Hoc tã
gitur in prima pte euãgelij vbi
diciẽ. Cum venerit filiꝰ hois ⁊c̃.
¶ Scdm eſt: ꝙ in die iudicij
examinabũtur oẽs de operibꝰ
miſericordie: ⁊ ex his p̃miũ reci
pieẽ ⁊ pena. Hoc tangiẽ in ſcda
parte. vbi dicitur. Eſuriui ⁊cet.



¶ Tertiũ documẽtum eſt: ꝙ qc
qd facimꝰ de genere bonorum
paupibus xpi: xpo facimus: ibi.
Quãdiu vni ex mimis ⁊c̃. Hec
igiẽ oia examinabũtur in die iu
dicij. De quo tria ↄſiderabimꝰ.
¶ Prio. Iudicij verificationẽ.
¶ Scdo. Iudicij ordinationeꝫ.
¶ Tertio. Iudicij executioneꝫ.
¶ Primo iudicij generalis cõ
ſiderabimꝰ verificationẽ. Que
runt ſacri theologi. Vtrũ neceſ
ſario erit iudiciuꝫ vlẽ. Et videẽ
ꝙ nõ. Nã in morte corpali iaꝫ
determinata eſt: vel pena vel
premium. Tunc. n. vnuſquiſqꝫ
iudicatur. vnde Apoſtolus he-
bre. ix. Statutum eſt hoibus ſe
mel mori. Et poſt hoc iudiciuꝫ.
ergo iudiciuꝫ vniuerſale nõ eſt
neceſſe. Huic qõni reſpondit. ſ.
Doc. iiij. ſen. di. xlvij. q. i. ar. i. ad
iij. d. Quãuis cuilibet hoi an-
te iudicium vniuerſale ſit certa
noticia de ſua damnatione vel
p̃remio: non tamen oibus oiuꝫ
dãnatio innoteſcit vel premiuꝫ
vnde iudicium vniuerſale om-
nino ⁊ neceſſario fiet. hec ille.
Quam neceſſitatem triplici le-
ge declaro.
¶ Primo. Lege naturali.
¶ Scdo. Lege diuinali.
¶ Tertio. Lege doctrinali.
¶ Primo dico ꝙ iudiciuꝫ vni
uerſale eſt neceſſariũ lege nãli
ſic. Iuſtitia cũ ſit de intrinſeca
rõne legis nãlis: que cõſiſtit in
reddẽdo vnicuiqꝫ pro meritis:
qd eſt tertiũ p̃ceptũ iuris nãlis
vt pꝫ. ff. de iuſtitia ⁊ iure. l. Iuſti
tia. iuris p̃cepta ſunt hec hone-
ſte viuere alterũ nõ ledere ius
ſuum vnicuiqꝫ tribuere. vnde. ſ.
Doc. p. prima. q. xxi. ar. i. Et. iiij.
ſen. di. xlvi. q. i. Cõcludit ꝙ oio i
deo ẽ iuſtitia diſtributiua. Nã
quicqd pfectionis eſt in creatu
ra: totũ deo ẽ attribuẽdũ. Hec
eſt ſentẽtia Phi: vt pꝫ. ij. xi. xij.
Meth. viij. Phy. ij. de aia. Et
Auicẽna. primo naturaliuꝫ. Et
Phs. v. Ethico. Et ponit. ſan.
Doc. iiij. di. xlvi. di. O ẽ qd ẽ po
tiſſimũ: deo eſt attribuẽdũ: ſꝫ in
creaturis eſt iuſtitia que eſt po-
tẽtiſſima ⁊ p̃clariſſima virtutũ
vt. v. Ethi. ergo iuſtitia oino eſt
i deo. deꝰ. n. eſſentialiter eſt. pri
mo potẽtiſſimꝰ. ſcdo ſapiẽtiſſi-
mus. tertio clementiſſimꝰ. quar
to iuſtiſſimus. Potentiaꝫ oſtẽ
dit vlr in creando totum mun
dũ ex nihilo. Gen. i. per ſuã po
tẽtiã maximã eſt ſummũ p̃nci-
piũ: ⁊ cã efficiẽs oium creatura
rũ: vt clare oſtẽdit Phs. i. de ce
lo. Et. viii. Phy. Sapia eiꝰ ab
oibus videtur iordinatiõe ⁊ gu
bernatione totiꝰ vniuerſi: qꝛ ni
hil põt addi vlẽ diminui. O ia in
quit. ps. in ſapientia feciſti. Cle-

mentia vero eſt maniſeſtiſſima
q2 celū ⁊ terra vſq3 ad iſernu3
mīa dñi plena ſunt : vt ait.p̄s.
S3 iuſtitiā adhuc non maniſe-
ſtauit gnāliter ſicut ſupradicta
tria:ſed in finali iudicio toti mū
do oñdet ſe eſſe iuſtiſſimu3. In
hoc mūdo iuſtitia dei ñ cogno-
ſcit nec appet. Nā videm⁹ ma
niſeſte i hac vita multos hoīes
trāſgreſſo nālis rōnis ordine:
⁊ ēt fracto legis dīne vīculo: p
abruta vicioꝝ icedere: ſupbos:
tyrānos:ptiales:ambitioſos:lu
xurioſos:ſodomitas:ſacrilegos
vſurarios:iracūdos:iuidos:gul
loſoſ:blaſphematoreſ:dei ⁊ ſan
ctoꝝ:nec tñ de eoꝝ peccatis pu
niri:ſ3 poti⁹ in bonis tpalibus
abūdare. Et q̄to ſunt peiores:
tāto magis ſublimātur: magis
exaltāſ ⁊ honoranſ. vñ Iere.xij.
admirādo dicebat.q̄re via im-
pioꝝ pſperaſ:bñ eſt oībus qui
pnaricātur ⁊ iniq3 agunt. Plā
taſti eos ⁊ radicē miſerūt.pfi-
ciūt ⁊ faciūt fructū. Prope es
tu oꝛi eoꝝ:⁊ lōge a renib⁹ eoꝝ.
Ecōtra hoīes q i hoc mūdo iu
ſte viuūt:ſm lumē rōnis nālis
vitā ſuā dirigētes:mādata dei
⁊ eccl'ie ſuātes:hūiles caſti: de
uoti: ꝯpatiētes:pati ēt mori p
defendenda veritate:q nedū in
hac vita:nō pmiātur: verū etiā
affligūtur:tribulanſ:tēptantur:
tyrānizantur: atq3 innumeras
ſuſtinēt aduerſitates.ſicut p3 in
tuentib⁹ vitā ſanctoꝝ oium.vñ
Iudith.viij. Oēs q placuerunt
deo:p multas tribulatiōes trā
ſierūt. Cū igiſ mali in hoc mun
do nō puniant:nec boni ꝯgrua
pmia recipiant.p3 q̄ erit iudici
um vl'e in quo ſcelerati peccato
res puniētur:⁊ boni amici dei
remunerabūtur. Et ſic iuſtitia
dei vniuerſal'r patebit. Aliī ſe-
quereſ q̄ i deo nō eſſet iuſtitia:
ex quo nō retribuit in hoc mun
do nec in alio:qḋ oīno falſu3 ē.
Q2 iuſtus dñs ⁊ iuſtitias dile-
xit:equitatē vidit vultus ei⁹:in-
quit.p̄s. Hac lege nāli. Plato
i phedōne illuſtratus ait. Cum
puenerint defuncti in eū locu3
quo demon vnū quādoq3 por-
tat.pmo illic iudicanſ:⁊ qui iu-
ſte:pieq3 vixerint:⁊ q ſecus: h il
le.p3 ergo lege nāli q̄ oīno erit
iudiciū. ¶ Scḋo iudiciū vniuer
ſale neceſſario erit lege diuina-
li. Lex diuina ⁊ eterna q̄ eſt idē
qḋ deus eternaliter diſpoſuit ⁊
ordinauit q̄ fiat iudiciū vl'e pro
ut in tpe reuelauit ſuis ſecreta-
rijs ⁊ amicis. Propterea Iob
radio eiuſdem diuine legis illu
ſtratus.vl'e iudiciū cognoſcens
eē futuꝝ.xix.c.dicebat. Fugite a
facie gladij:q2 vltor iniquitatu3
gladius eſt. ⁊ ſcitote eſſe iudi-



cium. Et Dauid.p̄s.cix. Iudi-
cabit in nationib⁹ iplebit ruinaſ
ꝯquaſſabit capita in terra mul
toꝝ. Iſa.iij.c. Stat ad iudican-
dū dñs:⁊ ſtat ad iudicādos po-
pulos.domin⁹ ad iudicandū ve
niet cu3 ſenatorib⁹ populi ſui:⁊
principib⁹ eius. Et iterum Iſa.
xiij. Ecce dies dñi veniet crude
lis:⁊ īdignationis plenus:⁊ ire
furoriſq3 ad ponendā terrā in-
ſolitudinē:⁊ peccatores ei⁹ con
terēdos de ea Mat xj.⁊.xij. Vi
ri niniuite ſurgent in iudicio cū
generatōe iſta ⁊ ꝯdēnabunt eā
q2 penitētiā egerūt in predicati
one. Ione. Et Matth.xiij. Sic
erit in cōſumatione ſeculi. Exi
būt angeli ⁊ ſeparabunt malos
de medio iuſtoꝝ ⁊ mittent eos
in caminū ignis. ibi erit fletus
⁊ ſtridor dentiū. Idem habetur
Mat.xxv.vt p3 in euāgelio ho-
dierno. Et.ij.cor.v.dicit Pau-
lus. Oēs.n.nos maniſeſtari o3
añ tribunal xp̄i vt referat vnuſ
quiſq3 prout geſſerit ſiue bonū
ſiue malū. P3 igiſ lege diuina
⁊ eterna:q̄ neceſſario erit iudi-
cium vniuerſale:in quo maniſe
ſtabunſ oia peccata:oīa ſcelera:
oīa delicta. Quilibet eni cogno
ſcet opa ſua ſiue bōa ſiue mala
⁊ nō tm̄ ſua:ſed oia oiu3 ibi pu
blicabunſ oia pctā cordis : oia
pctā oris:oia pctā operis : om-
nia peccata omiſſiōis. Ibi ma-
niſeſta erūt peccata prelatorum
clericoru3:religioſorum:peccata
imperatorū:regum: ducum:pri
cipum:marchionu3: baronum:
nobilium:partialiū:ſeditioſorū:
peccata mercatoru3:artificum:
populariu3. Ibi patebunt ſediſ-
ſima peccata carnalia.ſ.ſodomi
tarū:adulterorum:fornicatoru3:
inceſtuoſorū:ſacrilegorū. Et vt
breuiter concludā:omnia pecca
ta hominū ⁊ opera in finali iu-
dicio maniſeſtiſſima erūt.vnde
Eccle.vltimo. Cuncta que fiunt
adducet dominus in iudiciū:p
omni errato ſiue bonū ſiue ma
lū ſit. ¶ Tertio iudiciū vniuerſa
le neceſſario erit lege doctrina-
li ſiue humanali. Ait eni3 Gre
gori.in decretis.d.xxv. Qualis
quis hinc egreditur:talis in iu-
dicio preſentatur.diſtin.lvi.capi
tulo. Si gens.ſecūda.qōne.pri-
ma. Nomen preſbyteri.ij.q.iiij.
Cōſuluiſti.vi.q.i. Si omnis.ix.
q.iij. Aliorum.ix.q.iij.facta. Itē
Gregorius.xi.queſtiōe.i. prima
Sacerdotibus. Et Alexander
papa.xv.queſtione ſexta. Si ſa-
cerdotibus vbi dicit ſic. Nō po
teſt autem humano condem-
nari examine : quod dominus
ſuo reſeruauit iudicio. Si om-
nia namq3 in hoc ſeculo iudica
ta fuiſſent : locu3 diuina iudicia

nō haberēt: h ille. Cyprianꝰ vo
vt de pe. d. i. c. Nunqd Caym:
ſic ait. Qualē te inuenerit dñs
cum vocat talem pariter ꝛ iudi
cat: quoniā ipſe teſtatur ꝛ dicit.
Et ſciēt omnes eccleſie qa ego
ſum ſcrutator renū ꝛ cordis. vñ
Bernardus veniet dies illa qñ
plus valebūt pura corda: q̄ꝫ aſtu
ta verba: ꝯſciētia bona q̄ꝫ mar
ſupia plena. Qm̄ qd iudex ille
nō flectetur donis: nec falletur
verbis: hec ille. Propterea Je
ro. ad Heliodoꝝ. de cōtemptu
mūdi: ſic ait. Ecce de celo tuba
canit: ecce cum nubibus debel
laturus orbem iperator arma
tus egredit: ecce bis acutus gla
dius ex regis ore procedens: ob
uiā queqꝫ metit. Et infra. Deli
catꝰ es frater chariſſime: ſi ꝛ hic
vis gaudere cū ſeculo: ꝛ poſtea
regnare cum xp̄o: veniet veniet
illa dies qua corruptiuū hoc ꝛ
mortale induat icorruptionē ꝛ
imortalitatē. Beatus ſeruꝰ quē
dñs inuenerit vigilantē. Tunc
ad vocē tube pauebit terra cum
populis: tu gaudebis iudicatu
ro dño. Lugubriore mundus i
mugiet: ꝛ tribus ad tribū pecto
ra feriēt. Potentiſſimi quōdā
reges nudo latere palpitabunt.
Exhibebitur cum prole ſua ve
nus: tunc ignitus iupiter arde
bit: adducetur cum ſuis ſtultus
Plato diſcipulis. Ariſto. argu
mēta nō ꝓderunt. Tunc tu ru
ſticanꝰ ꝛ pauper exultabis. ride
bis. ꝛ dices. Ecce crucifixus de
us meꝰ: ecce iudex qui obuolutꝰ
pānis in p̄ſepio vagit. Hic ē il
le operarie ac queſtuarie filius.
Hic matris geſtatus ſinu ho
minē deꝰ fugit in egyptū. Hic
veſtitus coccino. Hic ſentibus
coronatꝰ. Hic magus demonē
habēs. ꝛ ſamarites. Cerne ma
nus iudee q̄s fixeras. Cerne la
tus romane qd foderas. Vide
te corpus an idē ſit q̄ dicebat(
clā nocte ſuſtuliſſe diſcipulos. h
ille. Et Augu. xx. de ci. d. c. i. ait.
Tenet ois eccleſia dei vex: xp̄ꝫ
de celo eſſe venturū. ad iudican
dos viuos ꝛ mortuos. Quid igi
tur dicēt corda dura. cōda mar
morea. corda ferrea. q̄ nec rōni
bus aptiſſimis. nec legi diuine.
nec auctoritatibꝰ ſanctoꝝ ꝛ dict(
credere voluerūt. Ve igit anie
eoꝝ. ve corpi. ve vtriqꝫ ſimul.
Quia veniet dñs potentiſſimꝰ
cui nō poterunt reſiſtere impe
ratores. nō reges. nō principes.
nō duces. nō marchiones. non
armigeri. Veniet dñs ſapien
tiſſimus cui nō reſiſtent logici:
nō phyloſophi. nō oratores. nō
legiſte. nō canoniſte. nō theolo
gi. Veniet dñs iuſtiſſimꝰ. q nō
eſt acceptor ꝑſonaꝝ. Et iō tunc



nō ꝓderunt prelature. nō digni
tates. nō epiſcopatꝰ. nō cardina
latꝰ. nō multitudo beneficioꝝ.
nō multitudo mulaꝝ ꝛ equoꝝ
pinguiū. nō multitudo domoꝝ
auro fulgētiū. Quoniā ergo ti
mēdū eſt iudiciū vniuerſale. qd
nemo quouis mō fugere pōt:
Audi exēplū. Juuenis quidam
diſſolutꝰ ꝛ male vite in ſomnijs
raptꝰ: videbat ei q̄ erat ductus
ad iudiciū ante tribunal xp̄i. Et
cū xp̄s tm̄ hoc diceret redde rō
nē: adeo pterritus ē: vt excitatꝰ
totū ſe canū inuenerit. Et ita vi
tā in bono mutauit. Quarto a
fortiori erit vnicuiqꝫ timor ac
tremor cū realiter ꝛ nō in ſom
nijs ad ineuitabile ꝛ vniuerſale
illud iudicium adducetur.

Ecundo pncipaliter
iudicij vniuerſalis cō
ſiderare debemꝰ or
dinationē. Ordina
tiſſimū vtiqꝫ erit vniuerſale iu
dicium: q̄ ab eo fiet qui eſt ſapi
entia icreata. Hic tria ſunt cō
ſideranda.

¶ Primū eſt iudicij cognitio.
¶ Scd'm. eſt iudicij reuelatio.
¶ Tertiū. eſt iudicij examinatio

¶ Primū g̃ eſt iudicij cognitio
Querunt doctores vtrū tēpus
finalis iudicij ab aliquo intelle
ctu creato: determinate cogno
ſci atqꝫ ſciri poſſit. rñ. ſ. tho. iiij.
ſen. di. xlvij. q. i. ar. iij. Et in q̄ōnī
bus de potētia dei. q. v. ar. vi. di
cens. Tēpus determinatū quo
mūdus finiri debeat ab aliquo
intellectu creato nullo mō co
gnoſci pōt. Et hoc triplici rōne
ꝓbat. Prima rō ſumit ex par
te diue ptātis ſic. Finis mundi
dꝫ rñdere principio: ſed pncipio
mūdi nulla virtꝰ creata deo co
opata eſt: eo q̄ mundus ex ſola
dei potētia habuit initiū: ergo
nec finis mūdi ab vllo intelle
ctu creato cogſcit: ſꝫ ſolū ſubiici
tur diue volūtati ꝛ ptāti. Scd'a
rō ſumit ex pte mltitudinis ſic.
finis mūdi n̄ erit niſi nūero ele
ctoꝝ cōpleto: cuiꝰ ꝯpletio ē qua
ſi quedā executio totiꝰ diuine p̄
deſtinationis. Sꝫ numerꝰ ele
ctoꝝ in ſup̄na felicitate locādꝰ
ſm̄ Gre. ſoli deo cognitꝰ eſt: ꝛ
hoi ieſu xp̄o p quē tota diuina
p̄deſtinatio quodāmō ipletur.
Nā vt dr̄. Jo. v. Pr̄ eni diligit
filiū: ꝛ oia demōſtrat ei que ipe
facit: ergo ſoli deo ꝛ ieſu xp̄o: mū
di finis ē cognitꝰ. Tertia rō ſu
mit ex pte qetudinis ſic. In fi
ne mūdi ceſſabit ois motꝰ cele
ſtiū corpoꝝ: ſꝫ qñ ceſſet motus
celi nō pōt ſciri ab hoie: q̄ celi
qes nō ab aliqua naturali cā: ſꝫ
ſolū a diua volūtate dependet:
g̃ nō pōt ſciri ab itellectu crea
to determiatū tp̄s. quo mūdꝰ fi

niaꝛ. Has rõnes ſcti doctoris
formaꝛr ſic ponit Rayneriꝰ in
ſũma. vñ diſcipulis querẽtibus
de die ⁊ hora qñ erit iudiciũ rñ
dit dñs: vt pʒ. Mat. xiij. ⁊ Mat.
xxiiij. di. De die aũt illa vꝉ hora
nemo ſcit: nec angeli in celo: ne
qȝ filiꝰ: niſi pr̄. Diciꝛ aũt filiꝰ ne
ſcire vt. ſ. Doct. declarat in. iiij.
vt. ſ. inquãtũ nos ſcire nõ facit.
Et ſic reliquiꝛ ꝙ tẽpꝰ determia
tũ de fine mũdi ſciri nõ pōt ab
aliq̃ creatura. ¶ Scḋʒ ꝯſiderã
dũ ē iudicij reuelatio. Veniẽte
finis mũdi tp̄e: put deteriatũ ē
in mẽte dina: glioſus filiꝰ dei: il
lud reuelabit ſuis ſctis ⁊ electis
Alloqueꝛ. n. ſuã: ſctiſſimã geni
tricẽ di. Mat dulciſſima ſcias
hodie ē dies iudicij i quo totus
mũdꝰ finiꝛ. Et virgo glioſa cor
dialiꝛ letabitur. Deinde vocabit
apl̄os dicens. Vos ſecretarij
mei ſcitote ꝙ hodie adiplebitur
deſideriũ vr̃m. Nã hodie iudi
cabo totũ mũdũ vbi corpa vr̃a:
que tot aduerſa ꝓ me ſubſtinue
rũt: in glia reſurgẽt. O quõ le
tabunꝛ aie apl̄oꝝ. Deide reuela
bit ſeraphinis ⁊ ꝓncipaliorībꝰ
martyribꝰ. Et ſicut credo voca
bit fundatores religionũ. Pau
lum. ſ. ꝓmũ heremitã. Antoniũ
Baſiliũ. Auguſtinũ. Bñdictuʒ.
Dñicũ. Frãciſcuʒ. di. Letamini
⁊ exultate: qm̃ hodie iudicabo
mundũ ⁊ corpa glorificabũtur.
Contẽplor ego ꝙ oẽs ꝓſternẽt
ſe glorificantes deuʒ ⁊ dicẽtes.
Gloria tibi dñe qui natus eſt
de virgine: cũ patre ⁊ ſctõ ſpiri
tu in ſempiterna ſecula. Amen.
Hac aũt reuelatione facta: to
ta curia celeſtis gaudebit. Et
tũc mittet angelũ vt congreget
totũ mundũ in valle Joſaphat
Et angelus ꝑmo ſonabit tubã
poſtea dicet. Surgite mõtui ve
nite ad iudiciũ. Ad cuiꝰ vocẽ in
momẽto ⁊ ictu oculi: oẽs tã de
inferno ꝙ̃ de limbo pueroꝝ ꝙ̃
etiã de purgatorio: ꝙ̃qȝ de pa
radiſo: virtute diuina reſument
ſua corpa: ⁊ ſic totus mundus
cõgregabiꝛ in Valle Joſaphat
ſicut predixit dñs per Joelẽ ꝓ
phetã. c. iii. d. Congregabo oẽs
gentes ⁊ deducam eas in valle
Joſaphat: ⁊ ibi diſceptabo cuʒ
eis. Deide dicet angelis. Vos
precedite ſm gradũ vr̃m: ⁊ vos
ſancti ſequimini me. Tunc om
nes angeli precedent cuʒ tubis:
⁊ cytharis: vt fit in aduentu ali
cuius maximi pricipis. Vnus
chorus precedet alterum vſqȝ
ad nonũ. Jn primo choro. i. in
fimo precedet vnus angelus de
ferens verillum. ideſt ſacratiſſi
mam crucem: in qua deus no
ſter paſſus ē. Que crux vt Chri
ſoſto. dicit. Erit clarior ſole. Et



alter angelus alterius chori: vt
ego puto deſert coronã ſpineã:
manibus eleuatis ante faciem
ſuaʒ: ita alte vt poſſit ab oibus
videri. Et alius angelus tertij
chori lanceã: ⁊ alius quarti cho
ri clauos quibus dñs noſter fu
it affixus cruci. Et alius quinti
chori colũnam: in qua flagella
tus fuit dñs. Et alius ſexti cho
ri ſpongiam cuʒ qua potauerũt
chriſtum felle ⁊ aceto. Et alius
ſeptimi chori flagella. Aliꝰ octa
ui chori vincula ⁊ funes quibꝰ
ligauerũt chriſtũ. Alius. ſ. noni
chori vellum quo vellauerũt fa
cieʒ eius. Jſtis igiꝛ ſic ordinate
precedẽtibus: dñs mundi ⁊ iu
dex vniuerſalis Jeſus chriſtus
capiet matrẽ ſuaʒ cũ manu: cir
cundatus ſuis ſecretarijs. ſ. diſ
cipulis ⁊ incipiet ambulare ſe
quentibus eum oibus ſanctis:
qꝛ tunc totũ celuʒ euacuabitur.
O ꝙ̃ glorioſa ꝙ̃ felix: ꝙ̃ beata
ꝓceſſio: nũꝙ̃ fuit ſimilis. Hic
deficit intellectus: tã digna: taʒ
excelſa cogitare. Et deſcẽdet in
valle Joſaphat: ſtans in aere a
longe quantũ poterit ab oibus
videri. Vbi erit totius mũdus
ꝯgregatus in triplici gradu di
ſtinctus. Quidã erunt boni ꝑfe
cti qui tenuerũt vitã apoſtolicã
Et illi erũt in altũ cum chriſto.
Alij erunt boni cõiter: qui lʒ cõ
miſerint multa peccata in hoc
mundo: tñ poſtea fuerunt male
contenti ⁊ egerunt pniam: ⁊ ta
les erunt in dextera parte. Alij
erunt mali qui male vixerunt ⁊
mortui ſunt in peccato mortali
⁊ iſti erũt in ꝑte ſiniſtra abbaſ
ſo in terra. ¶ Tertiũ ꝯſideran
dũ eſt iudicij examinatio. Toto
. n. mũdo ordinato chriſtus oſtẽ
det crucẽ clauos: ⁊ cicatrices: in
ſuo corpe: que vt ait Chriſoſto
mus radijs ſolis erunt lucidio
res. Et dicet. Ecce crux in qua
fui affixus. Ecce claui quibꝰ fui
confixus. Ecce lancea que me
um aperuit latus. Ecce ſpinea
corona qua coronatus fui. Ec
ce clauorũ foramina. Ecce vul
nera. Ecce totũ corpus meum
afflictuʒ. Ecce cuncta inſtrumẽ
ta. Et hoc faciet dñs vt oſtẽdat
ꝙ̃ miſericorditer boni ſunt ſal
uati: ⁊ ꝙ̃ iuſtiſſime mali ſunt
damnati: quia. ſ. tantũ precium
ſui ſanguinis contempſerunt.
Vnde in hec verba eis improꝑe
rabit vt Chriſoſto. ſuper Mat.
dicit. Ego ꝓpter vos homo fa
ctus ſum: propter vos alliga
tus ſuʒ ⁊ deluſus ⁊ ceſus: ⁊ cru
cifixus: vbi eſt tãtaꝝ iniuriaruʒ
meaꝝ fructꝰ. Ecce ꝑciũ ſangui
nis mei quẽ dedi pro redẽptiõe
aiaꝝ veſtraruʒ: vbi eſt ſeruitus
veſtra quã mihi pro precio ſan

guinis ꝺdiſtis? Ego ſup gloriã
meã vos habui cũ eſſem deus
apparẽs hõ: ⁊ viliorẽ oibꝰ rebꝰ
veſtris me feciſtis. Nã oẽm rẽ
viliſſimã terre amplius dilexi-
ſtis ꝙ̃ iuſtitiã meã ⁊ fidem. hec
ille. Et vertẽs ſe ꝯ dãnatos di
cet. Reddite rõnez vilicationis
veſtre. Vbi de. v. principaliter
examinabit. ¶ Primo dicet.
Reddite rõnẽ de corpore cum
mẽbris. Dedi vobis corpus cũ
mẽbris vt illud ꝯſeruaretis ca
ſtum ſobriũ ⁊ domitũ: ſʒ vos il
lud expoſuiſtis voluptatibus ⁊
delitijs. Quid nãqʒ pro me cor
pora vr̃a paſſa ſunt? Quid affli
ctionis: qđ mortificatiõis: quas
plagas: quas iniurias pro noie
meo tolleraſtis? Vos nõ ieiu-
nia eccleſie: non vigilias ſctõꝝ:
nõ quattuor tempora: nõ q̃dra
geſimas: nõ pur ſemel in ebdo
mada in memoriam paſſionis
mee ieiunaſtis. Nõ domuiſtis
illõ cilicij. diſciplinis. mortifica
tionibꝰ. ſʒ expoſuiſtis illud feci
bus luxurie ⁊ carnalitatis: for-
nicãdo: adulterãdo: inceſtuãdo
Nõ pepciſtis feminis: nõ mo-
nialibus: nõ maſculis. Dedi vo
bis oculos ad aſpiciendum ad
vtilitatẽ ⁊ neceſſitatẽ vt aſpiciẽ
do celos ⁊ elemẽta cum oibus
ꝯtentis: vt inde exurgeretis ad
cõtemplandã tantam gloriam
quãtã vobis p̃paraui. Dedi vo
bis aures vt audiretis p̃dicati
ones ⁊ doctrinã ſanctã. ſed po
tius audiſtis detractiones ⁊ va
nitates mũdi. Dedi vobis na-
res ad odorandũ vt ex fragran
tia floꝝ ⁊ aromatũ intelligere-
tis: quia ſcti mei in patria flo-
rent: ſicut liliũ ⁊ ſicut odor bal
ſami ſunt ante meã maieſtatẽ.
Dedi vobis linguã ⁊ palatum
ad laudandũ me qui vos crea-
ui: ad edificandũ ꝓximũ: ad cõ
fitendũ pctã: ſʒ vos cũ illa blaſ
phemaſtis me ⁊ patrẽ ⁊ ſpũm
ſanctũ: ⁊ matrẽ meam ſanctiſſi
mã: ſctõs ⁊ ſctãs: multiplicãdo
verba iniurioſa: verba beſtialia
verba ꝯtumelioſa. O quot ne-
phanda: quot tribaldarias: quot
opprobria maledicta lingua di
xiſtis ꝯtra me. Illaʒ docuiſtis
mentiri piurãs ⁊ decipe. Dedi
vobis manus ad bñ operãdũ:
⁊ vos illas exhibuiſtis ad pcu-
tiendũ: occidendũ ⁊ rapinandũ
Dedi vobis pedes ad ambulã
dum ⁊ ꝓficiẽdo de bono in me
lius: ⁊ vos illos veloces habui
ſtis ad currendum in malum.
¶ Scđo dicet. Reddite rõneʒ
de aia rõnali. Naʒ dedi vobis
illã tam alte creatã: qꝛ ad ima-
ginẽ ⁊ ſimilitudinẽ meaʒ: btẽ vite
capacẽ: dicẽs vt ſcribit in Ecc.
x. c. fili in manſuetudine ſerua



aiam tuã ⁊ da illi honoreʒ ſm
meritũ ſuũ: ſed vos vr̃a iracun
dia ⁊ vindicta ſcindiſtis eã occi
dẽdo ꝓximũ ⁊ ſumendo vindi
ctã de eo. Inſup eãdẽ imaginẽ
ꝓieciſtis in ignẽ auaritie icẽdẽ
do ⁊ ꝯburẽdo eã. Preterea ꝓ
ieciſtis eã i latrinã ⁊ ſtercus fe-
tẽtis luxurie. Siſr reddite rõnẽ
de potẽtijs aie. Nã dedi vobis
memoriã ad memorãdũ paſſio
nẽ meã quã ꝓ vobis paſſus ſuʒ
bñficia inumera q̃ vobis ꝯtuli:
pcã q̃ ꝯ me ꝯmiſiſtis. Dedi itel
lectũ ad ꝯtẽplãda celeſtia. De-
di volũtatẽ ad operãdũ virtuo-
ſa: ſʒ vos has potẽtias ad terre
na ⁊ trãſitoria ꝯuertiſtis. ¶ Ter
tio reddite rõnẽ de ſcia ⁊ docu
mẽtis. Nã dedi vobis lumẽ ſci
entie nãlis: quo recte cũcta pa-
geretis: vos xp̃o igratiſſimi: illõ
lumẽ in fecibꝰ pctõꝝ ꝓieciſtis ⁊
in tenebris ſceleruʒ extinxiſtis.
magis diligentes tenebras ꝙ̃
lucẽ. Poſtea dedi vobis legeʒ
ſcriptã doctrinis moribus atqʒ
ſapiẽtia plenã: clarã ⁊ lucidã: p
diuerſos libros diſtinctam: vt
ẽ geneſis: exodus: leuiticus: nu-
meri: deuteronomij: ioſue: iudi-
cũ: ruth: pmꝰ regũ: ſcđs regum
tertiꝰ regũ: q̃rtus regũ: primꝰ pa
ralipomenõ: ſcđs paralipome-
nõ: eſdras primus. xxix. ⁊. xxxix.
Thobias. iudith. heſter. Iob. da
uid. pabole. eccles. cãtica ſapia
eccliaſticꝰ. iſaias. ieremias. eze-
chiel. daniel. oſee. iohel. amos. ab
dias ionas. micheas. nauʒ. aba
cuch. ſophonias. ageus. zachari
as. malachias. baruch. machabe
orũ pmꝰ ⁊ ſcđs. Sʒ vos h̃ oia
tanqʒ lutũ exiſtimaſtis. Et ego
cõpatiẽs veni i mũdũ: carnem
aſſumpſi: pſonaliter ore ꝓprio
vos vocaui p̃dicãdo: miracula
faciẽdo: ad pniam iducẽdo: dile
ctã vitã meã expoſui: vt vos la
crifacerẽ. Poſtea reſurgẽs duo
decim diſcipulos meos p mun
dũ miſi: dãdo vobis legẽ gr̃e de
claratã p q̃ttuor euãgeliſtas. ſ. p
Mat. Mar. Lucã. ⁊ Ioãnẽ ad
dẽs eis vas electiõis Paulũ
mihi p̃electũ. petrũ. iacobũ. iudã
⁊ ioannẽ. quoꝝ doctrina ⁊ epl̃e
toti mũdo illuxerunt. Poſtea
miſi martyres ꝯfeſſores ⁊ virgi
nes. Tãdẽ miſi p̃dicatores me
os p̃claros. Baſiliũ. ſ. Auguſti-
nũ. bñdictũ. dñicũ ⁊ Franciſcũ:
qui cũ ſuis filijs totũ mũdũ do
ctrinis ⁊ exẽplis ad bñ agẽduʒ
excitauerũt. Sʒ vos genꝰ male
dictũ. genꝰ excõicatũ ⁊ a me to
talr̃ reprobatũ. tãtã ſapiaʒ. tãtũ
doctrine lumẽ. tãtã ſcie clarita-
tẽ velut ſtercꝰ reputaſtis: eã cõ
tẽnẽdo: ꝯculcãdo apte ⁊ mani-
feſte ꝯdicẽdo. Immo expoſito-
res. huius doctrine vituꝑaſtis

deridendo.truſando.detraben-
do iſamãdo.expellẽdo.ꝛ qđ pe-
ius eſt aliq̊s verberaſtis:flagel
laſtis ꝛ occidiſtis.Quid dicitis
ad h̃ o miſi pctõꝛes.O ceci.O
inſenſati.tot pctã moꝛtalia . tot
ſcelera. tot hoꝛribilia ꝯmiſiſtis
offendẽdo me ꝛ patrẽ ꝛ ſpm̃ſan
ctũ.nõ ꝑ ignoꝛãtiã ſ; ꝑ ꝓpꝛia;
malitiã:ꝑ ꝓpꝛiã nequitiã ꝛ pꝛo
pꝛiã ꝑuerſitatẽ.Quid dicẽt tũc
theologi q male imo peſſime vi
xerunt:Quid phi. Quid logici.
Quid oꝛatoꝛes.Quid grãmati
ci.Quid decretaliſte.Quid legi
ſte.Quid pꝛaui p̃dicatoꝛes qui
tã turpiter vixerũt: Certe nihil
poterũt reſpõdere:nullã rõne;
poterũt aſſignare : ſ; ꝑterriti ꝛ
ꝯfuſi:cognoſcẽtes eoꝝ vitã fuiſ
ſe peſſimã deſperãtes đ eoꝝ ſa
lute dicent illud qđ hr̃ ſap.v.
Ergo errauimꝰ a via veritatis
ꝛ iuſtitie lumẽ nõ luxit ꝛ ſol itel
ligẽtie nõ ẽ oꝛtꝰ nobis . Laſſati
ſumꝰ i via.iniq̃tatis ꝛ ꝑditiõis
ꝛ ãbulauimꝰ vias difficiles.vi-
as ãt dñi ignoꝛauimꝰ. Supple
ignoꝛãtia craſſa ꝛ ſupia. Quid
nobis ꝓfuit ſupbia qua ſupple
noluimꝰ obedire dei mãdatis
vt recte viueremꝰ: Certe nihil.
¶Quarto dicet. Reddite rõ-
nẽ de tpe.Nã vobis dedi tpˢ
quo nihil p̃cioſiꝰ ad penitẽtia;
agẽdã:ſ; vos viliſſimũ illud re
putaſtis:ꝛ totũ illud mũdo de-
diſtis in ludis.in feſtis.in iocis
cãtãdo.tripudiando.adeo vt ni
hil ex eo expoſitũ fuerit niſi i de
lectationibꝰ mũdi.¶Quito di-
cet. Reddite rõnẽ de tꝑalibuſ.
Nã dedi vobis bona tẽpoꝛa-
lia: vt vineas: cãpos.poſſeſſio-
nes.aialia.pecuniã.vt ex illis fa
ceretis elemoſinas.ſbueniretis
viduis.oꝛphanis.pupillis. pau-
peribꝰ.religioſis.vt ꝯſtrueretis
oꝛatoꝛia.tẽpla.eccłias. hoſpita-
lia.calices.paramẽta.ſ; vos oia
cõſumpſiſtis i edificijs . põpis.
ꝯuiuijs lautis.i eq̃taturis fale-
ratis.i canibꝰ.i auibꝰ ad aucu-
pãdũ.i veſtibꝰ ſumptuoſis.i oꝛ-
namẽtis varijs i picturis do-
moꝝ.lectoꝝ.cameraꝝ.Nõ de-
diſtis mihi mãducare: nõ bibe
re.nõ veſtiſtis me.nõ recepiſtiſ
cũ eſſe; hoſpes.nõ viſitaſtis cũ
eſſe; ifirmꝰ.nõ redimiſtis . non
ſepeliſtis.nec aliq̃ cura fuit vo-
bis de me.q2 qđ vni ex mini-
mis meis feciſſetis ꝛ mihi vni-
q; feciſſetis. Dedi vobis dñia
ad regẽdũ mũdũ in pace ꝛ iu-
ſtitia:ſed vos tyrãnizaſtis ꝛ de
robaſtis ſubditos veſtros bibẽ
do eoꝝ ſanguine;: ꝛ auferẽdo
ab eis ſubſtantiã ꝛ victus eoꝝ.
Non defendiſtis pauperes.nõ
viduas , non pupillos.non oꝛ-
phanos.non eccleſias.ꝛ qđ pe-



ius eſt.eccleſiarum bona dedi-
ſtis filijs ꝛ filiabus veſtris im-
pinguando ꝛ maritãdo baſtar-
dos ꝛ baſtardas:quos peſſime
ꝛ cum mea maledictione genui
ſtis.Deinde vertens ſe ad ma
los pꝛelatos dicet.Et vos o fi-
lij dyaboli aſcendiſtis ad pꝛela
turas eccleſiaſticas:nõ intran-
tes per me qui ſum hoſtiu;.ſed
per poꝛtas argenteas ꝛ aureas
cum donis:cum pꝛecibus cum
potentia dominoꝛum:cum au-
xilio mundanoꝛum:vendentes
ementes ſpũmſanctum cum ſi
mone mago.Nõ fuit vobis cu
ra de aiabus ſubditoꝝ veſtro-
ru;:ſ; ſolicitiſſimi fuiſtis ad ra
piendum lana; ꝛ lac.i.redditus
ꝛ introitus.Et ꝓpter inſatiabi
lem auaritiã veſtra; recepiſtis
tyrannice bona religioſoꝛu; in
comedẽdo.Eccleſias vero eoꝝ
conculcaſtis ꝛ totaliter deſtru-
xiſtis. ꝛ vita veſtra peſſima ſcã
delizaſtis totum mundũ. Vos
ſuperbi. vos guloſi intantu; ꝙ
mundus non potuit ſaciare gu
loſitatem ꝛ ingluuiem veſtra;:
vos luxurioſi vt poꝛci: multipli
caſtis tot baſtardos ꝛ baſtar-
das quos nutriſtis ꝛ nutriri
tradidiſtis ſanguine eccleſia-
rum nicarum dicentes ꝙ erãt
veſtri nepotes ꝛ neptes. In vo
bis non fuit charitas:non iuſti
tia:non exemplaritas:non ali-
qua virtus. Kariſſime celebꝛa
ſtis:rariſſime dixiſtis officiu;:
nullam eccleſiam:nullã opera-
tionem erga pꝛoximum habui
ſtis:totum ſtudium veſtrũ fuit
ad delitias coꝛpoꝛis:ad exaltã-
dum nepotes : ꝛ filios veſtros:
parentando modo cum illo do
mino:modo cũ illo rege. Nu-
triſtis inſuper canes:falcones:
equos : mulas : iuuenes laſci-
uos:rufianos ꝛ rufianas:intro
ducentes vobis pueros ꝛ puel
las . Et finaliter vertens ſe ad
malos religioſos dicet. Et vos
o maledicti hypocrite vbi eſt ob
ſeruãtia religiõis veſtre.vos nõ
ſeruaſtis regulam:non conſtitu
tiones:non rubꝛicas:non obe-
dientiam:non paupertatem:nõ
caſtitatem:non cerimonias:nõ
ieiunia:non ſilentia:vos pꝛo ni
hilo habuiſtis religionis ſtatu
tum:ad quas vos vocaui . vos
elegi : vobis gratias infudi . E
vos alios elegi vt eſſetis pꝛedi-
catoꝛes verbi mei ad vitioꝛum
extirpationem ꝛ animarum ſa
lutem : ſed vos pꝛedicaſtis va-
na ꝛ inutilia:pompoſa ꝛ nõ fru
ctuoſa : querentes placere ho-
minibus : ꝛ non mihi . Vos
non fuiſtis pꝛedicatoꝛes verbi
mei ſed antichꝛiſti ꝛ dyaboli:
qui modo vos in infernu; toꝛ-

mentabit. Eratis impatientes:
vindicantes:ſupbi: non audien
tes vnū repꝛehenſibile verbum a
ꝑlatis veſtris. Adheſiſtis dñis
temporalibus pro bñficijs acq-
rendis. p̄dicabitis pauptatē: ca
ſtitatē:humilitatē:patientiā:ſʒ
vos peiores fuiſtis demonijs.
Et qđ peius eſt volebatis cla-
rere miraculis:⁊ cōabamini vt
ego ɔ voluntatē meā facerē mi
racula ad vr̄am oſtentationē:⁊
vos eratis icarnati demones.
Decipiebatis pplōs dicētes. ta
lis fecit miracula:⁊ talis eſt bea
tus: apponētes añ ſepulturam
imagines mirabiliter vulnera
tas:ſuſpendētes lampades:ce-
reos:candelas:baculos:[illegible]los
argenteos:⁊ añ altare meū vbi
erā ego in corpore ⁊ aīa ⁊ dei-
tate:nō erat candela vniꝰ dena
rij acēſa. Predicabatis mēda-
tia:ioculationes:diſſolutōes:di
uiſiones:ſectas:guerras: vnꝰ ɔ̄
aliū innuebēdo:⁊ totū vt eſſet fa
ma de vobis. Nolebatiſ ire ad
predicādū:niſi ꝑus habitis bre
uibus papalibus:litteris regū:
dñoꝝ:comituʒ: quas poſtea in
predicationibus oſtēdebatis:ia
ctantes ⁊ gloriātes vos cuʒ ſa-
thana:cadētes de celo in bara-
trū iferni. Quid igit̄ dicitis ad
hec. O generatio mala. O ge-
neratio adultera. O generatio
peſſima. Ecce pctā veſtra. Ecce
opa veſtra. Ecce tot mala ⁊ tot
ſcelera per vos cōmiſſa ⁊ ppe-
trata. Et tūc oīa peccata cogita
tionū. omnia peccata locutionū
oīa peccata opationuʒ. oīa pctā
omiſſionuʒ. que cōmiſſa ſunt a
pꝛīcipio mūdi vſqʒ ad finē ma
nifeſtabunt̄ corā toto mūdo. tā
oculta ꝙʒ ſecreta. que dicent vt
Bernardus inqt. Tu nos egi-
ſti. tua opa ſumus. Nō te deſe
remus ſʒ ſemp tecum erimus.
Et Sap. iiij. Venient in cogita
tione pctōꝝ ſuoꝝ timidi. ⁊ tra-
ducēt illos ex aduerſo iniquita
tes eoꝝ. vñ Chriſo. In illa die
nihil eſt qđ rñdeamus: vbi ce-
lū:terra:aqua:ſol ⁊ luna: dies ⁊
noctes ⁊ totus mundus ſtabit
aduerſus nos in teſtimonium
pctōꝝ noſtroruʒ:hec ille. Quid
faciēt tunc miſeri pctōres: quo
ibūt:quo vertent ſe:ad cuiꝰ auxi
liū ɔfugient cū totus mundus
erit cōtra eos armatus? Dicit
Vgo de ſctō victore. Celum di
cet. Ego lucem ſibi miniſtraui
ad ſolaciū. Aer dicet. ego oē ge
nus auiū ſibi dđi ab obſequiū.
Aqua dicet. Ego diuerſa gnā
piſciū dedi ſibi ad vſuʒ. Terra
dicet. Ego panē ⁊ vinū ſibi dđi
ad nutrimētū. Jđ ignis clama
bit. A me cōburat̄. Aq̄ clama-
bit. A me demergatur. Aer cla



mabit. In me vētiletur. Terra
etiā clamabit. A me abſorbeat̄
Infernꝰ clamabit. A me deglu
tiat̄. h ille. O ꝙʒ vt inqt Grego.
Anguſte erūt tūc reprobis vie.
Superiꝰ erit iudex natus. iſeriꝰ
horrendū chaos. A dextris pec
cata accuſantia. a ſiniſtris infi-
nita demonia ad ſuppliciū tra-
hentia. intus conſcientia vrēs. fo
ris mūdus ardens:miſer pec-
cator ſic dep̄hēſus quo fugiet?
Latere erit impoſſibile:apparē
intollerabile. h ille. Ex his pʒ ꝙ
peccator nō poterit fugē ſurſuʒ:
qꝛ ibi erit iudex natus:qui gla-
dio bis acuto de ore eiꝰ proce-
dentē ipſum occidet. Nec fuge
re a dextris:qꝛ ibi ſunt peccata
que eum apprehendēt. Nec fu-
gere a ſiniſtris:qꝛ ibi ſūt demo
nes qui eum ad ſupplicium tra
hēt. Nec fugere vel abſcōdere
ſe infra ſe:qꝛ ibi eſt vermis con
ſcientie:qui eum totū corrodet.
Nec fugere extra mundum:qꝛ
totus eſt plenus igne:qui ipſuʒ
comburet. Et ideo nō reſtat ni
ſi vt in iferni fornace cadat. Et
h de ſecundo principali.

Tertio iudicij vniuerſa-
lis cōſiderare debemꝰ
executionē:vbi tria ſunt
conſideranda.

¶ Primū. eſt iuſtoꝝ allocutio.
¶ Scđm. ē dānatoꝝ ɔdēnatio.
¶ Tertiū. eſt inferni ſigillatio.
¶ Primū eſt iuſtorū allocutio.
Que lingua:que vox poterit ex
primere:ꝙʒ dulcit:ꝙʒ ſuauit ineſ
fabilis dei bonitas loquet̄ ſctis
⁊ electis ſuis? Nā hilari vultu:
facie ſerena:voce ſuaui:vertens
ſe ad eos:⁊ permaxime ad reue
rendā matrē ſuā dicet. O dul-
ciſſima mater ⁊ totiꝰ mundi im
peratrix:qꝛ tu me genuiſti:lacta
ſti nutriſti:⁊ multos labores ꝓ
me ſuſtinuiſti. Et vos o diſcipu
li ⁊ ſecretarij mei:qꝛ veſtris pre
dicationibꝰ totū mundū ad me
traxiſtis. Et vos o martyres in
clyti:qꝛ corpa vr̄a diuerſis ſup-
plicijs ꝓ me expoſuiſtis. Et vos
O ɔfeſſores lucidi:qꝛ altiſſimā
pniam ad meā laudeʒ. feciſtis.
Et vos O virgines ſacre:qꝛ in
tegram ⁊ illibatam virginita-
tem vt mihi placeretis ſerua-
ſtis. Et vos O viri religioſi:qꝛ
munduʒ reliquiſtis ⁊ in ſancta
religiōe me ſecuti eſtis. Et vos
O filij predicatores:qꝛ nomen
meū coram gentibus ⁊ populis
manifeſtatis obiurgantes vitia
⁊ peccata munduʒ illuminaſtis
vita doctrina pariter ⁊ exēplo.
Et vos O penitentes:qꝛ vitaʒ
veſtram ob amorem mei corre
xiſtis ⁊ emendaſtis. Et qꝛ bñdi
cti eſtis a pr̄e ⁊ a ſpū ſcō ⁊ a me
venite ergo benedicti mei. O

melifluū vbū: venite O viſcero ſa locutio. O ſmo zucharatus. Quid meli⁹: qd beati⁹: q̄z ab eo vocari: q ē bonū ſūmuz. Poſſidete patū vobis regnū a ↄſtitutione mūdi. O q̄le regnū. O q̄le dñium. Nō certe terrenū: nō trāſitoriū ſʒ eternū: ꝛ ſemꝑ duraturū: totū in ſe ↄtinēs qđ delectat. Cōſideret qlibet vr̄m chariſſimi: q̄z ſuauia ſunt vba iſta: q̄z dulcia: q̄z amena: q̄zq; iocūda. O q̄tū gaudij: q̄tū leticie: q̄tū exultatiōis erit tūc in mētibus electoꝝ: impoſſibile ē cogitare: multo magis ligua exprimer̄.

¶ Feria tertia. ſcđe dñice. De
blaſphemia. Sermo. xxi.

Nus ē pater veſter
u q in celis eſt. Matt.
xxiij. Nulla eſt crea-
tura i hac mortali vi
ta ɔſiſtēs q̄ nō referat deo lau
des ſm modū ſuū. Di a. n. qcū
qꝫ fecit de⁹ laudāt deū: vt inqt
Aug. in quodā ſmone. Et qāto
ſunt ampliora bñficia recepta:
tāto maiores laudes reddi de-
bēt. ipſi ſummo creatori. Sꝫ ſo
lus hō. vt inquit Seneca vigēſ
rōne. carere ſe rōne oñdit: dum
obcecata mēte. deū a quo tāta
bona recepit maledicere ⁊ blaſ
phemare nō deſinit. ipugnator
ex hoc nāc factus q̄ deū imorta
lē: nō blaſphemare: ſꝫ vti veruꝫ
⁊ indulgentiſſimū patrē laude
re ⁊ benedicere cūctos inclinat



dicente themate noſtro. vn⁹ eſt
pr̄ veſter ⁊c̄. Que verba habent̄
in hodierno euāgelio i quo tria
ſingularia documēta hēmus.
¶ Primū documētū eſt ꝙ de
bemus facere ea q̄ a ſacerdoti-
b⁹ ɔſulunt̄: recta tñ ſi ſunt: ēt ſi
illa ſuis prauis opib⁹ impugna
rēt. Hoc tāgit̄ pte pma euāge-
lij. ibi. Sup cathedrā moyſi ⁊c̄.
¶ Scđꝫ documētū: ē ꝙ nullus
hō in hoc mūdo dꝫ ſe reputare
dñm ceteroꝝ: ſeu magr̄m. vn⁹
eſt. n. magiſter nr̄ ieſus: ⁊ oēs ſu
m⁹ fratres. Et tāgit̄ i ſcđa pte
euāgelij. ¶ Tertiū documētū ē
ꝙ ois q ſe in hoc mūdo humili
at: exaltabit̄ in alio. Hoc tāgit̄
ibi: ois q ſe humiliat exaltabit̄:
deū maxime ſi bñdixerit ⁊ non
blaſphemauerit. De q̄ blaſphe-
mia tria hoc mane videbim⁹.
¶ Primo. Blaſphemie mali-
gnationem.
¶ Scđo. Blaſphēie punitionē
¶ Tertio. Blaſphemie ſpecifi-
cationem.
¶ Primo horribilis pcti blaſ-
phemie ɔſiderare debem⁹ ma
lignationē. Malignitas horrē
de atqꝫ deteſtāde blaſphemie ɔ̄
deū ⁊ ei⁹ ſanctos: nō ſolū ē pec
catū mortale. ſꝫ ēt eſt pctm̄ gra
uiſſimū: mortaliſſimū atqꝫ ma
ximū oium pctōꝝ. Hāc ɔuer-
ſionē ponit. ſ. Doc. ſcđa ſcđe. q.
xiij. ar. iij. Et iteruꝫ. ſ. Doc. in. iij.
pte. q. lxxx. ar. iij. Quā ɔuerſio-
nē pro clariori noticia. quadru
plici ratione manifeſtabo.
¶ Prio. Rōne cāe formalis.
¶ Scđo. Rōne cāe efficiētis.
¶ Tertio. Rōne cāe finalis.
¶ Primo dico ꝙ blaſphemia 4° Rōne cāe materialis
ē pctm̄ maximū rōe cāe formal̄
ſic. Illud qđ eſt ad maximā iniu
riā: ad maximū vituperiū: ⁊ ad
maximā derogationē excellētiſ
bonitatis dine eſt pctm̄ grauiſ-
mū ⁊ maximū oium peccatoꝝ
qꝛ vnūqđqꝫ pncipaliter ⁊ ma-
xime tale dr̄ tale ſm formaꝫ. ij.
Phy. Et. vij. Metha. Sꝫ blaſ
phemia eſt ad maximā iniuriā
⁊ vitupiū excellentis bonitatis
dine. Pꝫ iſta minor. p diffiniti
onē blaſphemie. Nam blaſphe
mia ſm. ſ. Doc. ſcđa ſcđe. q. xiij.
ar. i. Eſt drogatio excellētis bo
nitatis dine. Et ſꝫ. d. Alb. in. ij.
ſeñ. d. xxxv. Blaſphemia ē ipoſi
tio falſi crimis i deū. Et ſꝫ Ie
ro. Blaſphemar̄ ē ɔtumeliā vl
aliqđ vitiū iferre i iniuriā crea
toris. Et itex ſm. ſ. Doct. i. iiij.
ſeñ. d. xiiij. In expoſitione litter̄
Blaſphemia ē ipoſitio alicui⁹
falſi i deū: vl ei ſubtrahēdo qđ
ieſt: vl attribuēdo qđ ñ ē. h ibi.
Cū. n. aufert̄ a deo qđ ei eſſen-
tial̄r ɔuenit: blaſphemia ē ḡuiſ
ſima: dicēdo. De⁹ nō eſt iuſtus.

De⁹ nō eſt miſericors.p talez
nāq₃ modū loquēdi: ſubtrahit
ſeu remouetur a deo iuſtitia.ꝛ
mīa q̄ ſit eēntiatiſſima deo. Et
cū attribuit deo:qḋ ē nullomō
ↄuenit:vt dicēdo.De⁹ ē iniqu⁹
De⁹ ē ꝑtialis:talis mod⁹ loqn
di ē blaſphemia ḡuiſſima:quia
īpoſſe eſt:talia i deo repiri: de q
bus i tertia pte hui⁹ ſmonis di
cet.ḡ blaſphemia eſt pctm̄ ma
ximū grauiſſimū ꝛ horribiliſſi
mū oium pctoꝝ.Hec rō dicit
a cā formali:q₃ ſumit forma pec
cati a diffōne blaſphemie q̄ eſt
in genere cāe formalis ꝫ phm
ij. Phi.ꝛ.v.Metha.vbi dicit
Qḋ diffō ꝛ q̄libet ps diffinitio
nis:eſt in genere cauſe formal.
¶Scḋo dico ꝙ blaſphemia ē
pctm̄ deteſtabiliſſimū rōne cāe
efficientis ſic.Illud pctm̄ cuius
cā efficiēs:ē directe ↄ deum eſt
ḡuiſſimū:ſ₃ cā efficiēs blaſphe
mie ē directe ↄ deū.ḡ blaſphe
mia ē pctm̄ grauiſſimū. Nā vo
lūtas derogās ꝛ deteſtās excel
lētē bonitatē diuinā:eſt cā effi
ciēs blaſphemie. Et hoc ē dire
cte ↄ deū. Prohibet.n.de⁹ hor
rēdū pctm̄ blaſphemie: cui per
uerſa volūtas blaſphematoris
ↄtriat. Nā Exo.xx. Mādat.nō
aſſumes nomē dn̄i dei tui i va
nū. Quāto magis ad blaſphe
mādū:vt dicit.ſ. Doc. Magis
enim in vanū aſſumit nomen
dei:qui aliqḋ ſcḋm de deo aſſe
rit:q̄₃ q p nomē dei aliqḋ ſcḋm
ↄfirmat. Ephe.iiij.c.O is ama
ritudo ꝛ ira ꝛ indignatio:ꝛ cla
mor:ꝛ blaſphemia tollat a vo
bis. Idez .ij. Petri.ij.c. Et Iu
de.i.c. Nō ſolū de⁹ ꝑcipit vt nō
blaſphemet:ſ₃ ꝑcipit ꝛ vult: ꝙ
quelibet creatura:ipm laudet ꝛ
bn̄dicat. Eccl. xxxix.c. bn̄dicite
dn̄z i oib⁹ opib⁹ ſuis. Thob.iiij.
c.O i tpe bn̄dic deum. Propte
rea Dauid ħ ppendēs dicebat
ps.xv.Bn̄dica₃ dn̄m q tribuit
mihi itellectū. Et ps.xxxiij.Bn̄
dicā dn̄m i oi tpe:ſp laus ei⁹ in
ore meo. Et ps.cxliiij. Per ſin
gulos dies bn̄dicā tibi:ꝛ lauda
bo nomē tuū i ſcl̄z ꝛ i ſcl̄m ſcl̄i.
Ro.xij. Bn̄dicite ꝛ nolite ma
ledicere. Dan.iij.c. Bn̄dicite oia
opa dn̄i dn̄o:laudate ꝛ ſuperal
tate eum i ſecula ꝛc. Pȝ igit:ꝙ
ordo oium creaturaꝝ bn̄dicit ꝛ
laudat deū celi ꝛ terre: ſolus tu
blaſphēator maledicis. O blaſ
phemator igratiſſime. O blaſ
phemator beſtialiſſime: maledi
cis deū creatorē tuū ↄtēnis de
um glorificatorem tuū. cui oia
benedicūt.vnde Augu. in ſmo
ne vnius matris inquit.O ia q̄
cunq₃ fecit de⁹:laudant deum.
Audiſtis in bn̄dictionib⁹: ꝛ au
diſtis in oi ſolēnitate qn̄ legun



tur:qm̄ oia laudant deum cele
ſtia:terreſtria:angeli:hoies: lu
minaria celi:arbores terre. Flu
minia:maria:quicqd de⁹ crea
uit ſiue in celo:ſiue in terra: ſi
ue i mari:laudāt deū. ħ ille. Er
go horrēdu₃ pctm̄ blaſphemie:
eſt pctm̄ maximū:rōne cāe effi
cientis. ¶Tertio pctm̄ blaſphe
mie eſt pctm̄ maximum. Rone
cāe finalis dicit.n.Auic. vi.vij.
viij. Meth.ꝙ finis ꝛ bonū ſunt
idez. Et Phs.iij. Metha. Rō
boni eſt rō finis. Et in.ij.de aia
finis mouet agēs. Et hoc hēt:
ꝙ qlibet mouet aliq̄ bono obie
cto ad operādū.ſalutē bono ap
parēti. Tūc ſic. Pctm̄ mortale
q̄to h₃ maius motiuū: tāto eſt
minus vel leui⁹. Et p oppoſitū
Quāto h₃ min⁹ motiuū: tanto
eſt graui⁹ ꝛ horribilius. Si aūt
nullū motiuū h₃:tūc illud pctm̄
eſt grauiſſimū oiu₃ pctoꝝ. Sed
ſic eſt ꝙ oē pctm̄:aliqḋ motiuū
h₃:excepto horrendo pctō blaſ
phemie. Qḋ ſic p₃. Quid mo
uet te ad ſupbiā? Rn̄. Altitudo
vel magnitudo alicui⁹ boni trā
ſitorij. Quid ad auaritia₃? Pe
cunie ſeu diuitie. Quid ad gul
lam? Craſſitudo ꝛ delectatio ci
bi ꝛ potus. Quid ad luxuriam.
Delectatio carnis. Quid ad vi
dictā? Honor. Quid ad accidi
am. Reges corporis. P₃ igit:
ꝙ qḋlibet pctm̄ aliquod bonu₃
motiuū ꝑcipaliter hēt. Nam
oēs iſti ꝑncipaliter itendūt bo
num vt ſupbi:honorē. Auari di
uitias. Guloſi. Craſſitudinem
Que oia ſi poſſent ſine dei iiu
ria vellent hēre. S₃ q₃ nō pn̄t:
vltro volūt dei offenſa₃ ne amit
tant iſta. In pctō autē blaſphe
mie nulla eſt delectatio trahēs
vel mouēs:nulla voluptas: nō
carnalitatis:nō pecunie:nō ci
bi:non honoris:ergo blaſphe
mia eſt pctm̄ maximū atq₃ gra
uiſſimū. Tū q₃ ꝑncipaliter iten
dit dei vituperiū:tum q₃ nullu₃
hēt motiuū alicuius boni dele
ctabilis. Propterea gl̄o.ſup il
lud. Ad ppl̄z terribilē. Iſa.xviij.
c.ſic dicit. Oē pctm̄ blaſphemie
cōparatum.leui⁹ eſt. Ricardus
de ſctō Victore. Sceleſtiſſimū
gen⁹ peccati eſt:cū qs in dei vi
tuperiū delectat. Quid eſt ſpūs
blaſphemie:niſi affectatio ꝛ de
ſideriu₃ vitupationis diuine: ħ
ille. ¶Quarto ꝛ vltio.peccatu₃
blaſphemie eſt grauiſſimū rōe
cāe malis. Et declarat ſic.illud
qḋ viliſſimū ꝛ miſerrimū red
dit ſuū ſubiectū:ē pctm̄ maximū.
q₃ ſpoliat eū ſua dignitate: no
bilitate:ꝛ grā:donis ꝛ virtutib⁹
vt p₃ de illo q deſcēdebat ab ie
rl̄m i iericho:qui a latronib⁹ fuit
ſpoliat⁹. Luc.x. S₃ blaſphemia

reddit ſuũ ſbm miſerimuȝ atq̃ viliſſimũ: ğ blaſphemia ẽ pctm̃ peſſimuȝ. Probař mioꝛ. Minimũ pctm̃ moꝛte: fač hoĩes miſeros ⁊ viles: ğ maius pctm̃ magis fač miſeros ⁊ viles: ⁊ maximũ pctm̃ maxie facit miſeros ⁊ maxie viles: p regulaȝ Phi.ij. Topicoꝝ. Sič ſimplr ⁊ ad ſimplicit ⁊ magis ad magis: ⁊ maxime ad maxie. Sȝ blaſſemia ẽ maximũ pctm̃ vt ðclarat.ſ.doc. ſa ſe.q.xiij.ar.iij. ⁊ dcm̃ ẽ ſupra ğ blaſſemia maxie fač homies miſeros. Adeo grauiſſimuȝ ẽ peccatũ blaſſemia: q̃ p̃ſupponit iſidelitatẽ: que eſt maximũ pctõꝝ: qꝛ tollit fundamentũ totius edificij ſpũalis: vt dič.ſ.Doc.ſa ſe. vbi.ŝ. Grauiſſimũ ẽ blaſſemia: qꝛ ſup iſidelitatẽ addit teſtationẽ volũtarǏ. ſm.ſ.doc.xxij.q.xiij. Grauiſſimũ dico eſt pctm̃ blaſſemie: qꝛ addit ſup hereſiȝ. Nã hereticꝰ illa de deo dič: que vera eẽ credit: q̃uis erret in fide. Sȝ blaſſemꝰ illa de deo credit: que ſcit oio nõ eſſe vera nec dicẽda. Grauiſſimũ iſup ẽ pctm̃ blaſſemie: qꝛ excedit pctm̃ piurij: ſicut ↄcludit.ſ. Tho.ſa ſe.q.iij.ar.iij. vñ glo.ſup illud. Blaſſemia tollař a vobis. Ephe. iiij. ſic dicit. Peius eſt blaſſemare q̃ȝ piurare. Grauiſſimuȝ eſt: qꝛ excedit pctm̃ idolatrie. Nam ydolatria honoꝛem deo aufert. blaſſemia deo vituperium iſert. Grauiſſimũ eſt blaſſemia pluſq̃ȝ homicidium: vt oẽs theologi ↄcludunt ⁊ p maxime.ſ. Tho. ſa ſe.q.iij. Et Alexãder de ales in .ij.ſen. vbi no. diligenter q̃ homicidiũ ⁊ blaſſemia poſſũt ↄſiderari dupliciř. Primo mõ ex pte obiecti qđ offendiř: ⁊ ſic maius peccatũ eſt blaſſemia que eſt pctm̃ ↄ̃ deũ: q̃ȝ homicidiũ qđ ẽ pctm̃ ↄ̃ primũ. Scđo ex pte nocumẽti: ⁊ ſic pctm̃ homicidij eſt grauius peccato blaſſemie: qꝛ homicidiũ plus nocet primo auferẽs ſibi vitã q̃ȝ blaſſemia deo. Nã deo nullus nocere põt. Altius dico peccatuȝ blaſſemie grauiſſimũ eſt: qꝛ ſupat peccatũ iudeorũ. Nã iudei cõtumelijs affecerunt xp̃m moꝛtalẽ: paſſibilem: ⁊ in ſtatu hũilitatis: qꝛ filius hominis nõ venit miſtrari ſed miniſtrare. Mat.xx. Sed blaſſemi vituperant ⁊ ↄfundunt xp̃m imoꝛtalem ⁊ in celis regnantẽ: vt ait Augu. Item xp̃s ſemel a iudeis fuit paſſus: crucifixꝰ: moꝛtuus ⁊ lanceatus. Sed tu o blaſſematoꝛ peſſime quãtũ in te eſt: ſi xp̃s pati poſſet quotiens blaſſemas: totiens paſſioneȝ ſuam reiteras. Qñ blaſſemas capiti ſuo ſpineã coꝛonaȝ iponis. Qñ blaſſemas xp̃m manibꝰ ad colũnam ligas: eũ duriſſime flagellas. Tua blaſſemia: manꝰ q̃ foꝛmauerũt celos clauis trãſfodis. Tua blaſſemia: agnũ imaculatũ in crucẽ extendis. Tua blaſſemia xp̃m moꝛte turpiſſima iterficis. Tua blaſſemia: lõgini lancea xp̄i latꝰ apis. Tua blaſphemia: totus xp̃s patiř: totꝰ anguſtiař: totus affligiř: ⁊ vndiq̃ȝ ſanguis funditur totꝰ ſanguine balneatur. O peccatũ maximũ. O peccatũ hoꝛrendiſſimũ. O peccatuȝ oia peccata tranſcendẽs. Quid maius dici põt? quid crudelius? quid ſceleratius q̃ȝ dei filium iterum vulnerare: iteruȝ crucifigere: iterũ vilipẽdẽ? Pro pterea de talibus ad patrẽ cõqueriř. ps.lxviij.d. Quẽ tu o pater eterne pcuſiſti.ſ. moꝛte ⁊ paſſione: perſecuti ſunt.ſ. blaſſematoꝛes blaſſemando ⁊ vilipendẽdo: ſuis ipiſſimis blaſphemijs: ⁊ ſuper doloꝛem vulnerum meoꝛum addiderũt.ſ. blaſphemias tanq̃ȝ noua ⁊ recentia vulnera: reiterando meam paſſionẽ: grauius me vulnerãdo q̃ȝ iudei fecerunt. vnde Job.xvi. in perſona chꝛiſti dicit. Aperuerunt ſuper me oꝛa ſua.ſ. blaſſemando ⁊ expꝛobꝛantes percuſſerũt maxillam meã.ſ. de nouo. Et iſra. Cõſcidit me vulnere ſuper vulnus. O deterioꝛeſ iudeis. O rabiati canes. O dyabolici hoĩes O incarnati demones. O pꝛoditoꝛes dei. O vituperatoꝛes virginis matris. O inimici dei ⁊ omniuȝ ſanctoꝝ. O imitatoꝛes ſpurij. Nam ſpurius fuit pꝛimꝰ dei blaſphematoꝛ: vt patet. Leui.xxiiij. Jam perpendere poteſtis grauitatem maximã: hoꝛribilitatẽ peſſimam defoꝛmitateȝ maligniſſimam ſceleſtis blaſſemie: ex quibus oibus pȝ hoꝛrẽdum blaſſemie peccatum grauiſſimum omniũ peccatoꝝ eſſe quadruplici ratione declaratuȝ ſm quattuoꝛ cauſaꝝ genera.

Secundo pꝛincipalr hoꝛrendi peccati blaſſemie cõſiderare debemus ſeueriſſimam punitionem: licet iuſtiſſimus deus toleret ad tempus maligniſſimos blaſſematoꝛes ſue tremende maieſtatis nihilominus finaliter ſeueriſſime puniet: pꝛout eoꝛum requirent demerita: ideo tres leges punientes blaſphemos in pꝛeſentiarum adducaȝ.

¶ Prima.eſt lex diuinalis.

¶ Scđa.eſt lex canonicalis.

¶ Tertia.eſt lex paganalis.

¶ Prima quidẽ lex qua puniũtur maligniſſimi blaſſematoꝛeſ eſt lex diuinalis. vnde Leui.xxiiij.c. Pꝛecipit dominꝰ dicens. Educ blaſſemum extra caſtra

⁊ ponant omnes qui audierunt manus ſuas ſup caput eius: ⁊ lapidet eũ pplus vniuerſus. Et ad filios iſrl loqueris. Hõ qui maledixerit dõ ſuo portabit peccatũ ſuũ. Et qui blaſphemauerit nomẽ dñi morte moriat: lapidib9 opprimet eũ ois multitudo ppli: ſiue ille ciuis: ſiue peregrin9 fuerit. Qui blaſphemauerit nomẽ dñi morte moriat: h ille. Punitio inaudita manifeſtiſſima eſt. iiij. R. xix. c. ibi certe p blaſſemiã Senecharib de exercitu: ab ãgelo iterfecti ſunt. clxxxv. milia. ¶ Scđa lex eſt eccleſiaſticalis ſeu canonicalis. Extra de maledicis. c. Statuim9. Ubi habet ꝙ blaſphemantẽ deũ ⁊ ſctõs peniteat. vij. diebus dñicis: ⁊ tpe miſſe: ante fores eccl'ie dz ſtare: ita ꝙ vltimo die nec paliũ: nec calciamenta: ſz corrigiã circa collũ habeat: ⁊ ꝙ. vij. ſextis ferijs pcedẽtib9 ieiunet in pane ⁊ aqua: nec ingrediatur eccleſiã: ⁊ in quolibet dictorũ diex: tres reficiat pauperes: ⁊ ſi nõ põt tres: ſaltẽ duos vel vnũ: Et ſi hoc nõ põt: id in penã aliã: ↄmutet. Et ſi pdicta renuerit: dz ei iterdici igreſſus eccleſie: ⁊ in obitu debet carere eccleſiaſtica ſepultura. Inſuper talis dz condẽnari pena pecuniaria. hec ibi. Et ſm Goffre. hec oĩa pro tribunali ſiũt. Et. xxiiij. q. iij. c. Apoſtolice auctoritatis exemplo didicimus: errantiũ ⁊ in errorẽ mittentiũ: ſpũs tradẽdos eſſe ſathane: vt blaſphemare dediſcant: h ibi. Iuſtinianus vero xpianiſſimus iperator: precipit blaſſematores: capite puniri: vt pz in Autentico. Ut nõ luxurient ↄtra naturã. Collatione. vi. U. pcipim9: cũ ex his oriãtur fames terremot9: ⁊ alie peſtilentie. Si eni blaſſemie dicte contra hominẽ nõ tranſeunt ipunite: multo magis ↄtra deũ. Propterea ciuitates in ſuis legib9: multas contra blaſphemãtes ſtatuerũt: licet in executione hodie ſopite videant. ¶ Tertia lex eſt paganalis: vt pz Dañ. iij. de Nabuchodonoſor: qui viſo miraculo triũ puerox: precepit vt quicũqz blaſphemarẽt cõtra deũ: diſperirent ⁊ domus eorũ vaſtarentur. Idem precipit machomet9 in ſuo alchorano. Quicunqz deũ vel xpm vel beatam virginem blaſphemat: medius diuidat. Ex his apparet ꝙ xpiani ſunt deteriores φ̃ ſint pagani: φ̃ ſint gentiles: φ̃ ſint iudei. Nã ⁊ iudei quãdo audiebant: blaſphemare: ſtatim obturabãt aures ne audirent blaſphemiaz: vt patet. Actuum. vij. c. Scindebant ⁊ veſtimẽta ſua in ſignum



maxime deteſtationis: vt fecit Cayphas. Matth. xxvi. c. Heu igitur quid referam de chriſtianis? Blaſphemant deuz: virginem mariã: ſanctos ⁊ ſanctas: ⁊ non eſt qui reprehendat: neqz reporet. Et quod peius eſt: nõ eſt qui puniat. O iudices quid dormitis? O quid tardatis punire blaſphematores dei ⁊ ſanctox. O rectores. O domini tẽporales: vbi iuſticia: vbi fides: vbi iuſiurandũ: vbi zelus honoris dei? Nõne videtis ꝙ totus creaturarum ordo inuehit: minatur vltiõis arma tollit: vt puniat blaſphematores dei ⁊ ſanctorum? Nam aliqui moriuntur fulgure ⁊ ſagitt' de celo miſſis: aliqui ſuſpenduntur in aere ex ſeipſis. Aliqui comburuntur igne celeſti. Aliqui in aqs ſubmerguntur. Aliqui interficiuntur: modo bombarda: mõ gladijs: modo deuorãtur a beſtijs Infernus quoqz: eoſdem ſine fine cruciabit. Si eniz vt refert Grego. in. iiij. libro dyalogox. Puer quinqz annorum blaſphemijs aſſuetus a demonib9 aſportatus eſt: ⁊ in infernũ dãnatus: mlto magis blaſphematores: qui pleni dierum ⁊ annorum ſunt: portabuntur a demonibus in ignem ſempiternum. Miles quidã in Dioceſi remẽſi: cum quadaz die blaſphemaret deum: ſtatim percuſſus caduco morbo: corã aſtãtibus cadens: per totã ſequentem diez horribiliter ſe diſcerpens ⁊ ad terraz allidens: ⁊ ex ore ſpumã euomens: miſeram animaz expirando dyabolo commendauit. Alius quoqz virginem glorioſam blaſphemans: membratim: ⁊ membra illa que in virgine blaſphemabat amittens in corpore ſuo: demum deſperatus: venter crepuit: ⁊ ſic infelicem animam in manibus dyaboli reddidit. O quanti in anima ⁊ in corpore ad inferos a dyabolo portati ſunt: ppter ſceleſte blaſphemie vitium. Quidam habitans florentie cum blaſphemijs delectaretur: dum eſſet in ſocietate quorundaz: cepit grauiſſime deum blaſphemare. Sed mox dyaboli rapuerunt eum in aera: ⁊ ſotulares eius ceciderũt in vno loco: ⁊ calige in alio: donec totaliter fuit ſpoliatus: ⁊ non fuit viſus amplius. Natator quidam in ſyracuſa: erat magnus blaſphem9. Et cum ſemel de barcha ſe in mare trãquillum proieciſſet cã natãdi: ſtati ſubmerſus eſt: poſtmodũ amici piſcantes ⁊ educẽtes de mari mortuum: inuenerunt cadauer eius totũ integrũ

pꝛeter linguam quaʒ non inue
nerunt: vt in illo mēbꝛo maxi-
me oſtenderet deus vindictam
in quo peccauerat. O mūdi iu-
dices iam aperite oculos ⁊ abu
ſionem cōſiderate atqꝫ punite.
Nā tanta eſt coꝛruptela chꝛiſti
anoꝝ vt pro nihilo blaſphemēt
deum: glorioſam virginē mari
am: ⁊ ceteros ſctōs: quaſi rece-
perint ab eis iniurias: cū oppo
ſitum appareat. Nā ipſa virgo
maria mater glorioſiſſima ꝯti
nue pro pctōꝛibus intercedit et
veniā implorat: ⁊ diuinaʒ ſniaʒ
ſuſpendit. Sic ⁊ reliqui ſancti ⁊
ſancte. O q̃ȝ ingratiſſimi. O q̃ȝ
maledicti. O q̃ȝ infelices. O q̃ȝ
īfernales ſunt blaſphematoꝛes.
Cur blaſphemant deū virginē
mariam ⁊ ſctōs? Re vera iam
didicerunt linguam ⁊ loquelaʒ
infernalē. In inferno nō eſt ali
qua loq̃la niſi blaſphemie. blaſ
phemator iam incipit officium
inferni: quod eſt blaſphemia:
iuxta illud Math.xxvi. Loque
la tua manifeſtum te facit. Iu-
ſtiſſime ergo puniendus exter-
minandus ⁊ coꝛpoꝛaliter ⁊ eter
naliter condemnandus eſt.

T Ertio pꝛincipaliter hoꝛ
rendi pcti blaſphemie
ꝯſiderare debemus ſpe
cificationē. Et vt facilius de tā
nephando ſcelere cōfiteri poſſi
tis duodeciʒ modos explicabo:
quibus blaſphematoꝛes tremē
dam dei maieſtatem blaſphe-
mant ⁊ cōculcant. ¶ Pꝛimus
vocatur negatiuus. Cū quis in
iuriatur deo dicēs. Deus non
poſſet facere ꝙ ego nō faciam
vindictam: vel deus nō pōt fa-
cere ꝙ talis ſit bonꝰ hō: vel bo
na mulier: vel deus non eſt iu-
ſtus: non eſt miſericoꝛs: nō eſt de
mens: nō eſt ſapiens: vel deus
non pōt remittere peccata ⁊ hu
iuſmodi. In oībus his eſt pec-
catum moꝛtaliſſimū ſm Aug.
⁊ Doc.ſ.ſcđa ſcđe.q.xiij.qꝛ au-
ferꝫ ab eo qđ ei eſſentialiter cō-
uenit. Vnde Ber. ſup Cañ. ſ.
lxxij. dicit ſic. Vult ergo nō eſſe
deum: qui quātū in ipſo eſt: aut
vult eum impotentem: aut iniu
ſtum: aut inſipientem eſſe vult.
Crudelis plāe ⁊ omnino extra
nea malitia: que dei potentiaʒ:
iuſtitiam: ſapientiā perire deſi-
derat. Qui autem vult deū eſſe
iniuſtuʒ: vult nō eſſe deum. Et
qui deſiderat deum nō eſſe: nō
ne quantum in ſe eſt: deum oc
cidit? ¶ Secūdus vocatur pec-
catiuus. Cum quis dicit. Deus
peccat vel eſt cauſa peccati. Ta
lis itaqꝫ deum blaſphemat ⁊
moꝛtaliſſime peccat: ⁊ eſt here-
ticus.xxiiij.q.iij. Quidam. para
pho.floꝛiani. ¶ Tertius eſt opi



niatiuus. Naʒ qui aliter ſentit
de deo q̃ȝ credēdū ſit ſm ſolaʒ
intētionē ꝓpꝛij itellectus deuʒ
blaſphemat.xxiiij.q.iij.c.hereti-
cus eſt: ſemper peccās moꝛtalr.
¶ Quartus vocaꝫ intellectiuꝰ.
Cū quis aliter intelligit ſacraʒ
ſcripturā q̃ȝ ſpiritusſanctus ſug
gerit: blaſphemat deum ⁊ eſt
hereticus. xxiiij. q.iij. c. here-
ſis. Vnde ſemper eſt moꝛtale.
¶ Quintus eſt depꝛauatiuus.
Nā ille q depꝛauat fidē trinita
tis: vt dicēdo patrē: filiū ⁊ ſpi-
ritūſanctū eſſe vnam perſonaʒ
aut eſſe tres naturas: deū blaſ-
phemat ⁊ moꝛtaliter peccat: ⁊
eſt hereticus.xxiiij.q.iij.c. quidā
ſ. Sabelliani. vnam perſonam
patrem ⁊ filium ⁊ ſpiritumſan
ctum aſtruunt. Ariani diuerſaſ
in trinitate ſubſtantias aſſerūt
contra illud. Ego ⁊ pater vnuʒ
ſumus: Et extra de ſum.trini.⁊
fi.catho.c.i. ¶ Sextus eſt ipꝛe-
catiuus. Cū quis tanta deteſta
tione ⁊ pꝛauitate īductus. dicit.
Maledictus ſit deus. in deſpe
ctu dei ſic erit: vel ſic faciā. moꝛ
taliſſime: peccat. ¶ Septimus
eſt impoſitiuꝰ. Cum quis dicit.
Deus eſt pꝛoditoꝛ. deus eſt ma
rigoldus. deuſ eſt partialis ma
gis bñfaciēs illi q̃ȝ mihi q bo-
na facio. Repꝛehēdit deū q nō
ditauit eū ſicut alterū: damnat
deum: qui mittit ſibi tribulatiō
nes ⁊ aduerſitates. exaltat vſu-
rarios: foꝛnicatoꝛeſ: tyrānos ⁊c̄.
Talis deū blaſphemat ⁊ moꝛ-
taliſſime peccat. ¶ Octauus eſt
foꝛtunatiuus. Cū quis dicit: ꝙ
oīa que eueniunt: nō ex diuina
ꝓuidētia: ſed ea foꝛtuna: vel ca
ſu eueniūt ideo tāta eſt indiſpo
ſitio ⁊ inoꝛdinatio rerū natura
liū ⁊ ciuiliū: blaſphemat deuʒ:
Iob.xxij.c. Et dicis. Quid eni
nouit deꝰ? Similr q maledicit
⁊ blaſphemat foꝛtunā: blaſphe
mat deū. qꝛ maledicit oꝛdinem
diuine ꝓuidētie: rebꝰ inditū: me
diātibus cauſis ſecūdis. ¶ No
nus eſt originatiuus. Cū qs de
teſtaꝫ deuʒ: qui talē puerū ante
baptiſmū: necat: vel natū ex vte
ro: ſine baptiſmo dānat: deum
blaſphemat. talis ſtultus eſt. vn
de Seneca epl'a.lxxv. Nō affli
gitur ſapiēs liberoꝛū amiſſione
nō amicoꝛuʒ. Eodem.n.animo
fert eoꝛū moꝛtē quo ſuā expe-
ctat. h ille. Pꝛeuidit.n. deus ꝙ
tales pueri ſi creſcerent: grauiſ
ſima peccata ꝯmitterent: ⁊ ita
grauiſſime in inferno puniren
tur. ¶ Decimus eſt creatiuus.
Cū quis dicit ꝙ deus male fe
cit creare illos quos pſciuit dā
nādos: vtputa infideles ⁊ iude
os ⁊ malos chꝛiſtianos: ex quo
omnino ſunt dānādi: quia per-

ſteterant in eorum malitijs: de
um blaſphemat mortaliter pec
cans. Ro.ix. An nō hꝫ poteſta
tem figulus luti ex eadē maſſa
facere. aliud quidē vas in bono
rem. aliud vero in contumeliā.
¶ Vndecimus eſt attributiuꝰ.
Cū attribuit creature: quod eſt
ipſius dei. vt cum quis dicit: ꝙ
angelus vel homo creat: vel ꝙ
homo pͥncipaliter remittit pec
cata: deū blaſphemat. Simili-
ter cū aliquid deitatis attribui
tur creature: vt faciunt diuina-
tores: ſortilegij: inuocatores de
monū: de quibus ī ſermone de
ſupſtitionibus blaſphemātū de
um mortaliter peccantes. vt pꝫ
xxvi. q v. Epi. ¶ Duodecimus
eſt mēbratiuus. Cū immūdiſſi-
mus blaſphemis iurat per mē
bra pudēda ꝯtra deum: contra
xp̄m: cōtra virginē glorioſam:
⁊ contra ceteros ſanctos ⁊ ſan
ctas: ſemꝑ mortaliter peccant.
Hec nomina cauſa honeſtatiſ
ommitto: ſed peſſimus blaſphe
mator me apertiſſime intelligit
cuꝫ illa quottidie praticet. Et ſi
laborioſe cōſumptus eſt ſermo
imaniſſimi ſceleris blaſphema
torꝫ. Reſtat modo o pauperes
blaſphematores cum audiueri
tis hoc grande vitium eſſe mor
taliſſimū peccatū: quo ſummū
⁊ optimum deum totiens ve-
ſtris turpiſſimis verbis. veſtriſ
venenatiſſimis labijs: veſtris
dyabolicis linguis offendiſtis.
vt ad correderatis. Eleuate iaꝫ
capita veſtra. Audite Apoſto-
lū Ephe. iiij. Omnis blaſphe-
mia tollatꝰ a vobis. Emittite ſu
ſpiria. adducite lachrymas: per
cutite pectora: geminate ſingul
tus: Currite ad ſanctam cōfeſ-
ſionem: proſternite vos ante
pedes ſacerdotis: oſculamini
terram: narrate blaſphemias ⁊
tot iniurias deo: virgini ⁊ ſan-
ctis illatas. ꝓponite potiꝰ mori
ꝙꝫ amplius blaſphemādo offen
dere tantā dei maieſtatem: ſed
ſemꝑ eam laudare: ſemper be-
nedicere atqꝫ glorificare: glorio
ſam vero matrē dei ⁊ reliquos
ſanctos reuereri ⁊ cordialiter
vocare. Sic mutati ⁊ correcti
nō diffido de vobis: immo ſpe
ro ꝙ clemētia dei ⁊ pietate ma
tris: tot veſtrorum peccatorū ve-
niā obtinebitis. hic ꝑ gratiā ⁊
in futuro per gloriam. Amen.

¶ Feria quarta ſecunde do-
minice. De adulterio. Ser-
mo. xxij.

D Ic vt ſedeāt hi duo
filij mei: vnꝰ ad dex
terā tuā: ⁊ aliꝰ ad ſi-
niſtraꝫ ī regno tuo:
Mat. xx. Grādis ē fiducia eorꝫ
ꝙ fidē ⁊ itegritateꝫ matrimonij



ſibi inuicem ſeruant: legitimo ⁊
honeſto concubitu filios ꝓcreā
tes. Et quia matres que porta
uerūt ⁊ lactauerūt: de filijs cer-
tiores ſunt: vt inquiūt iuriſte: id
circo dulcius amāt ⁊ ardētiori
animo ꝓcurāt omni ſollicitudi
ne vt exaltentur ac ſublimētur.
Hoc aūt nobis inſinuat beata
vxor zebedei: que cuꝫ filios ex le
gitimo ⁊ honeſto matrimonio
generaſſet: cupiēs illos pre oibꝰ
exaltari: audacter acceſſit ad do
minū ieſuꝫ adorāſ ⁊ dicēs. Dic
vt ſedeāt ⁊c̄. Quo ſine dubio: tā-
ta cum audacia facere non poſ
ſunt ille q̄ thorū maritale viola
uere: ac filioſ ex adulterio genue
runt. Dicamus ergo. Dic vt ſe
deant ⁊c̄. Et ſunt verba recitata
in hodierno euangelio. in quo
tria documenta habemꝰ. Et pri
mū documentum eſt: ꝙ ſancta
mater eccleſia ſepe de xp̄i paſſi
one mentionē facit: vt cordibus
humanis facilius imprimatꝰ: ac
firmius. Hoc tangitur prima
parte euangelij. ibi. Ecce aſcen-
dimus ⁊c̄. ¶ Secundum docu
mentum eſt ꝙ nullus debet ſe
intromittē ad obtinēda eccleſia
ſtica beneficia conſanguineis.
Imminet enim maximum pe-
riculum in huiuſmodi de vitio
ſymonie: cum maxime preces
valeant loco precij. Hoc tangi
tur ibi. Acceſſit ad eū mater fili
orum zebedei. ¶ Tertiuꝫ docu-
mentū eſt ꝙ illi qui volūt ſede-
re cū xp̄o: ⁊ illi ꝯregnare in glo
riā: neceſſe eſt ꝙ bibāt in hac vi
ta calicē paſſionis ⁊ tribulatio-
nis: ⁊ ſi coniugati ſunt ſeruēt ma
trimonij fidē inuiolatā: horren-
tes peccatuꝫ adulterij. De quo
tria conſiderabimus.
¶ Primo. grauationem.
¶ Secundo. malignationem.
¶ Tertio. ſpecificationeꝫ.
¶ Primo cōſiderare debemꝰ
adulterij ḡuationē. Que vt cla-
rius cognoſcatꝰ occurrit añ oia
breuiter declarādū qd ſit adul-
teriū. Pro quo ſciendum eſt ꝙ
ſctūs Tho. ſcđa ſcđe. q. cliiij. ar.
viij. Et glo. ſuꝑ Exo. diffinit ſic
Adulteriū eſt acceſſus ad alte-
ram preter ſuā. Et dn̄s Alber-
tus in. ij. ſen. di. xxxv. dicit Adul
teriū eſt quo coniugalis thorus
violatur. Vnde adulteriū dicitꝰ
ad alienū thorum acceſſus. ve-
ritas huiꝰ diffinitiōis declaratꝰ
ab Auguſtino libro de decē cor
dis. Et i decre. q. xxxij. q. v. Nō
mechaberis. i. ne qſqꝫ p̄ter mr̄i
monij federa alijs feminis ad-
miſceatꝰ ad explendā libidineꝫ.
Nā adulteriū facit: qui p̄ter ſu
am ad alterā accedit. Et. xxxvi.
q. i. lex. Adulteriuꝫ dicitur quaſi
ad alterius thorū acceſſio. Dic-

ſinitur a.ſ. Ambroſio in libro.
De patriarchis. Et in decret(
xxxij.q.iiij. Nemo. Adulterium
eſt vbi celebrati ꝯiugis iura te
merantur: ⁊ vxoris pudor ſolui
tur. Item diffinitur a Gelaſio
papa.xxxvi.q.i. Lex. Adulteriuʒ
eſt alieni thori violatio. Et in
hac diffinitione ꝯcurrit Hoſti.
in ſum: ſua li.v.ti.de adulterijs.
Idē ſentit Bonauētura ⁊ Ri-
car. Qꝺ aūt adulteriū ſit graue
pctm̄: imo grauiſſimū declara-
tur quadruplici cauſa: quaruʒ.

¶ Prima eſt efficiens.

¶ Secunda eſt materialis.

¶ Tertia eſt formalis.

¶ Quarta eſt finalis.

¶ Circa primam cām notandū
eſt: ꝙ cōmittentium adulteriuʒ
ſaltem vna pars hēt in ſe ſacra
mentū matrimonij: qꝺ eſt ma-
ximū ſignificatione. Nā matri
moniū ſignificat ꝯiunctionem
deitatis cū humanitate ⁊ ſigni
ficat coniunctionē chriſti cum
eccleſia. vt dicit.ſ.Tho. iiij. ſen.
d.xxvi.⁊.xxvij. Et hec ꝯiunctio
fuit ꝑcognita per Adā. poſt ſo-
porē ⁊ fabricationē Eue. Geñ.
ij. dixit Adam. Hoc nūc os: ex
oſſibus meis: ⁊ caro de carne
mea. Et.xxvij.q.ij.c. Lex diuine
cōſtitutionis. Quāobrem relin
quet hō patrem ⁊ matrē ſuam
⁊ adherebit vxori ſue: ⁊ erunt
duo in carne vna. Que verba
exponens.ſ. Paulus. Ephe.v.
dicit. Sacramētū magnum eſt
hoc. Ego āt dico in chriſto ⁊ in
eccleſia. Cui ꝯcordat Leo papa
in decretis.xxvij.q.ij.c. Cum ſo
cietas. Que quidē ꝯiunctio dei
tatis ⁊ humanitatis chriſti ad
eccleſiam: ⁊ eccleſie ad chriſtuʒ
nunꝗ̄ fuit ſeparata. vñ Ephe.
v. Viri diligite vxores veſtras
ſicut chriſtus eccleſiā. Cum igi
tur ſacrum ſacramentū matri-
monij ſignificet et repreſentet
perpetuā illam coniunctionem
⁊ inuiolabilem vnionem: adul-
terium grauiſſimū peccatuʒ eſt
per qꝺ ſeparatur fides: amor: ⁊
corpus abinuiceʒ. Quapropter
adulter alteri adherens peccat
ꝯtra tam magnū ſacramentuʒ
in quo eſt taʒ trāſcēdens digni
tas ſignificata.ſ. coniunctionis
deitatis.⁊ humanitatis. Pec-
cat adulter cōtra tam magnuʒ
ſacr̄m: in quo eſt tā tranſcēdēs
dignitas, quo eſt ſignificata.ſ.
coniunctionis chriſti ⁊ eccleſie.
Peccat item adulter ꝯtra tam
magnuʒ ſacr̄m in quo eſt ſigni
ficata tam trāſcendēs dignitas
ſ. vnionis eccleſie ad xp̄m. Di-
gnitas aūt perſone ſm̄.b.Tho.
multum aggrauat pctm̄: quia
quanto peccator eſt in maiori
dignitate tāto grauius eſt pec-



catum eiꝰ. vt pʒ in.ij.ſer.de pec-
cato in cōi. ¶ Secūda grauitas
huius ſceleſtiſſimi vitij ſumit a
cā mali. Nam actꝰ illius pecca
ti eſt grauiſſimꝰ qꝛ exercetur ꝑ
duos. Et ſicvbi dyabolꝰ in alijs
pctis vnū: per iſtud īterficit du
os: vno eodēqʒ tēpore: imo quā
doqʒ plures īterficit ⁊ nūcios ⁊
nuncias: ⁊ tm̄ creſcit aliqñ vis
amoris: vel potiꝰ libidinis: ꝙ ꝑ
adulterū procuratur mors con
iugis: vel promittit eam accipe
re in vxorem mortua coniuge.
Quod ſi fecerit ⁊ mors fuerit ſe
cuta. eamqʒ duxerit in vxorem:
ꝯtinue manent. in peccato mor
tali: quia matrimonium nulluʒ
eſt propter impedimentū crimi
nis: ⁊ ſic multiplicantur pecca-
ta. Extra de eo qui duxit in ma
trimoniū: quā polluit per adul-
terium.c. Significaſti. ¶ Tertia
grauitas adulterij ſumit a cau-
ſa formali. In quolibet eniʒ pec
cato mortali ē auerſio a bono i
cōmutabili: ⁊ cōuerſio ad bonū
cōmutabile: vt ait Augu. in libr.
de libero arbitrio: ſed per nullū
pctm̄ ratio ita abſorbetur ſicut
in adulterio, ꝓpter vehementeʒ
carnis delectationeʒ. qua ab oī
ꝯſideratiōe dei ⁊ rerū diuinaꝝ
homo abſorbet: ita vt homo ibi
totus efficiat carneus. Si enim
vt ait Iero.xxxij.q.ij. Cōnubia
legitima carent quidē pctō: nō
tamen tēpore illo: quo coniuga
les actus gerunt: pñtia ſpiritus
ſancti dabit: ⁊ ſi propheta eſſe vi
deat: qui officio generatiōis ob
ſequit: ſed alia plura ſunt: in qui
bꝰ ſufficit ſola vis humana: ⁊ ne
qʒ res īdiget: neqʒ decet adeſſe
pñtiā ſpiritusſancti. h̄ ille. Et ite
rū.xxxij.q.ij.c. Quicqd. Qꝺ de-
clarans glo. ibidem dicit. Pro
tanto dicit pñtiam ſpiritusſan-
cti in illo actu nō dari: quia tūc
non dat quo ad actum faciēdi
miracula vel ꝓphetandi. Naʒ
in illo actu eſt quidā ſtupor mē
tis: ⁊ homo totus carneꝰ efficit.
hec in glo. Et hoc oſtēdit Ariſ.
in.vi. Ethy.di. Impoſſibile eſt:
hoiem aliqueʒ in ipſa intellige-
re.ſ. copula carnali. quanto ma-
gis ratio abſorbet in actu adul
terij ⁊ mens totaliter auertit a
deo ꝓpter inordinatum amorē
vnde procedit adulteriū. Ideo
Prouer.vi. Qui aūt adulter ē
ꝓpter cordis inopiam.ſ. amiſſo
vigore rationis: perdet aīam ſu
am: turpitudinem ⁊ ignominiā
congregat ſibi: ⁊ obprobriū eiꝰ
non delebitur: hec ille. ¶ Quar
ta grauitas adulterii ſumitur a
cauſa finali ſic. finis huius ma-
li eſt conſecutio voluptatis: cui
facile poteſt adhiberi remediū.
Sed quanto quis poteſt appo-

nere remediū alicui pctō ⁊ non
facit: tanto magis ⁊ graui⁹ pec-
cat qꝛ maioꝛi inoꝛdinatione vo
lūtatis: ſed huic malo pōt adul-
ter facile remediare: qꝛ ſi habet
vxoꝛe: pōt ſibi ſatiſfacere. vnde
Apoſt.i.Coꝛ.vij. Et.xxxij.q.ij.c.
Sicut ꝓpter foꝛnicationē.ſ.eui-
tandā: vnuſquiſq; habeat ſuā
vxoꝛē. Si nō habet vxoꝛe pōt
ſūmere: qꝛ vt ait idē Apoſt. Me
lius eſt nubere q̄ vri.i.incidē in
adulteriū ⁊ in alias cōcupiſcen
tias pernicioſas ⁊ dānatas ipſi
us voluptatis. Et nō excuſaris
ſi dicis: nō poſſem vxoꝛi ꝓuide
re vel nutrire filios: ſi haberem
dotem ſufficientē: facere. Me
lius eſt certe: pati diſpendia in
tpalibus ⁊ recipere minoꝛē do
tem: ⁊ minoꝛes pompas facere
⁊ ſic pꝛouidere anime ſue: q̄ in
talia vitia incidere: ꝓp que dā-
naſ homo. Si aūt aſſumere nō
vult cū ad hoc nō cogaſ ſeruet
caſtitatē. Ex his pꝫ adulteriū/cē
grauiſſimum peccatū tum.ſ.ex
cauſa efficienti tū ex cā materia
li: tum etiā ex cauſa foꝛmali: tū-
q; ex cauſa finali. Et ex hac gra
uitate verificatur illđ. Oſee.iiij.
c. Non eſt enim veritas q̄ vn⁹
mentitur alteri: ⁊ nō eſt miſeri-
coꝛdia.ſ.ad animam ſuam ⁊ ꝓ
ximū: ⁊ nō eſt ſcientia dei inter.
ſrō fidelitaſ. Maledictū ⁊ mē
daciū ⁊ homicidium: ⁊ furtū ⁊
adulteriū inundauerūt.i.habun
dāter creuerunt ⁊ ſanguis ſan-
guinē tetigit.ſ.peccatū pctō cu-
mulaſ: hec ille. vñ Clemens ait
in epiſtola ⁊ habetur.xxxii.q.vij.
Quid in oībus peccatis adulte
rio grauius? Secundū nāq; in
penis obtinet locū: hec ille. Nā
ꝯtra ꝓximū pꝛimū penale.i.di
gnū pena eterna ⁊ moꝛte coꝛpo
rali eſt homicidium. Scđm eſt
adulteriū maius.ſ.furto rapina
⁊ mēdacio ⁊ multis alijs. Gra
uiſſimū igiſ eſt adulterium: ⁊ ta
men nō puniſ. Rectoꝛes aūt ⁊
iudices rapinas ꝑuas ⁊ furta ſe
pe puniūt etiā moꝛte. ſed adulte
riū mime. Quid igiſ facit(o iu
dices o officiales? Cur doꝛmit(
videtis violare ſanctū mrimo-
niū a quo deſcendiſtis ⁊ nō pu
nitis. Mādat vobis deus in te
ſtamēto veteri vt huiuſmodi la
pidetis. Leui.ij. vt infra dicetur.
Si vis aliter ꝓcedere: ſic dicas
Adulterium eſt peccatū moꝛta
le ⁊ grauiſſimū triplici ratione.
Pꝛio rōe ꝑuerſiōis ſic. illđ qđ
ꝑuertit dinā ſignificatōe: ⁊ xpi
⁊ ecclie ſacrm eſt pctm moꝛta-
le. ſed adulteriū ꝑuertit diuinā
ſignificatiōe: ⁊ xpi ⁊ eccleſie ſa
cramentū. ģ eſt pctm moꝛtale.
Nā mrimoniū ſigt ꝯiunctōe
diuinitatis ⁊ hūanitat(: ⁊ xpi ⁊



eccleſie: iuxta illđ apli Ephe.v.
Sacrm hoc magnū eſt: ego āt
dico in xpo ⁊ in eccleſia. Scđo
rōne iductionis ſic. Illud qđ in
ſuo ſbo iducit moꝛtē ſpūalē eſt
pctm moꝛtale: ſed adulteriū in
ducit moꝛtē ſpūalē ⁊ multotieſ
coꝛpalē vt pꝫ ⁊ patebit ģ adulte
riū eſt pctm moꝛtale. Adulteri
n. ſm leges debent decapitari.
Tertio rōne auerſionis ſic. Il-
lud ꝑ qđ hō auertit ſe totalr a
deo ⁊ ꝯuertit ſe totalr ad crea
turā eſt pctm moꝛtale. ſꝫ ꝑ adul
teriū hō auertit ſe a deo totalr
⁊ ꝯuertit ſe ad creaturā: vt pꝫ
ſupꝛa ergo adulteriū ē peccatū
mōtaliſſimū. Et ſic pꝫ pꝛia ps.

Ecundo pꝛicipaliter
cōſiderare debemus
adulterij malignatio-
nē. Quāuis plurime ⁊ quodā-
modo ifinite ſint: hui⁹ ſceleſtiſſi
mi adulterij malignitates: tñ in
pñtiarū tres tm explicabimus.

¶ Pꝛima eſt legū trāſgreſſiua.

¶ Scđa eſt odii cauſatiua.

¶ Tertia eſt punitionib⁹ ſubie
ctiua.

¶ Pꝛia malignitas adulterii
dr legū trāſgreſſiua. Adulter. n.
trāſgrediſ legē nālem vt ait.ſ.
Doc.i.iiii.ſen.di.xxxiiii.q.i.ar.i.
Hoc āt ius nāle ē mirabilis vi
goꝛis ⁊ vlis efficatie. Nam. iſi.
ethy. dr ius nāle ſemꝑ ⁊ vbiq;
hēt nālē potētiā eādē. Et h iure
nāli ſequiſ illud qđ ab alio ode
ris fieri: vide ne tu alteri aliqñ
faciaſ. Thob.iiii. Mat.vii. Oīa
ģ q̄cūq; vultis vt faciāt vobis
hoīes ⁊ vos facite illis. Sꝫ qs
ē ille q velleſ vxoꝛē ſuā adultera
ri? Certe nullus niſi ille q ꝑdi-
dit ius nāle vt fatu⁹: ⁊ peſſimuſ
exercēs lenocinia. Nulla muli
er h deſiderat niſi beſtiaſ ⁊ fa-
tua: imo ñ pt pati talē iiuriā: ſꝫ
expellit ⁊ ꝑcutit vxoꝛē: ⁊ ipa ſū
me turbatur de adulterio viri.
Adeo h vlr dictat lex nālis ⁊
rō q ēt āte legē ſcriptā ethnyci
⁊ ydolatre habuerūt adulteriū
ꝓ magno crimine: vt magis il
lud abhoꝛreret: q̄ homicidiū:
vt pꝫ i Abꝛaā: q deſcēdēs i egy
ptū cū Sarra vxoꝛe ſua cū pul
chꝛa eēt: rogauit eā vt nō idica
ret ſe eē vxoꝛē ei⁹. Cogitauit. n.
ſi ꝯtingeret egyptios ſcire eſſe
vxoꝛē ſuā occiderēt eū: ne ꝯmit
terēt adulteriū vtētes ea min⁹
faciētes ſibi ꝯſciētiā de homici
dio q̄ de adulterio. Hec Ni-
cho. d lira ſup geñ. trāſgrediſ ēt
legē moſaycā ſeu ꝓphalē. Exo.
xx. Nō mechaberis.i.nō adul-
terabis: Nec obſtat āti qs pres
acceſſiſſe ad ancillas cū hērent
vxoꝛeſ: vt Abꝛaā ad Agar. geñ.
xvi. Et Jacob ad Balaam ⁊ zel
phā. geñ.xxx. ⁊ Dauid ⁊ m ltos

alios.Nā dicit.ſ.Tho.i.iiij.ſeñ.
di.xxxiij.Et i ſcđa ſcđe.q.cliiij.
ar.ij.ꝙ nō cogſcebāt eas ex af-
fectu fornicatiōis:ſꝫ maritali af
fectu cū qbꝰ deꝰ diſpēſauit:vt pꝫ
ē̄t.Extra.De diuortijs.c.Gau
demꝰ.Et h vt multiplicaret̄ cul
tus dei:q erat in eorꝫ familijs
ſolū ⁊ pp ſpūalē ſignificationē
q̄ hr̄.xxxij.q.iiij.Recurrat.Et.c.
ſe.Et.c.Obijciūtur.Trāſgredit̄
ē̄t legē euāgelicā.Nā xp̄s i euā
gelio.Mat.xix.Quos ergo de
us ↄiunxit hō nō ſepet.Ex quo
habet̄:ꝙ nō licet aliqua de cau
ſa accedere ad aliā q̄ꝫ ad ꝓpriā
neqꝫ.ſ.pp ſterilitatē:neqꝫ pp
incurabilē infirmitatē:quantū
cūqꝫ diuturnā ⁊ fedā:ſiue vxor
ſit ceca:ſiue paltica:ſiue lepro-
ſa:ſiue cancroſa:ſiue antiqua:ſi
ue turpiſſima.In quibꝰ defecti
bus dꝫ maritus ↄpati vxori:⁊
vxor marito:ſufferre inuicē:cō-
ſolari:adiuuare.⁊ ſubuenire:vt
ſibi fieri vellet vnuſqſqꝫ ſi i tali
caſu eſſet.Altius dicā.Ad alie-
nā nō lꝫ accedere:nec ex eo ꝙ ē
adultera vel q̄tūcunqꝫ mala ⁊
heretica.bene poſſet dimitter̄ q̄
ad cohitationē ⁊ thoꝝ pp adul
teriū vel p̄iculū ſuū ꝓbabile aie
vel corp̄is:ſꝫ nō quo ad vincu-
lū.i.ꝙ poſſit accedere ad aliam
viuēte p̄ma.Alias adulteriū ē.
Et idē de vxore erga viruꝫ.vñ
Aug.xxxij.q.iiij.in ↄcluſione to
tius illiꝰ q̄onis.Et.q.v.Si vxo
rē.Et.q.vij.per totū ait.Sic nō
ſunt faciēda adulteria volunta
te ꝓcreandi filios.ſicut nō ſunt
faciēda furta.volūtate paſcendi
pauperes.Trāſgreditur inſup
legē canonicā.Volūt leges ca
nonice ad oſtenſionem fidei ⁊
amoris vt in deſponſatione cō
currat appoſitio anuli.vñ Iſi-
do.xxx.q.v.Femine ait.Impri
mis anulus a ſpōſo ſponſe da
tur ꝓpter mutue dilectionis ſi
gnuꝫ:vel ꝓpter illud magis:vt
pignore eorū corda iungant̄.vñ
⁊ quarto digito anulus inſert̄.
q: in eo vena quedā vt fert̄ ſan
guinis ad cor vſqꝫ p̄ueniat.hec
ibi.Rotunditas anuli qua anu
lus nō hꝫ finē.ſignificat diutur
nitatē amoris ⁊ fidei in matri-
monio obſeruāde.¶ Scđa ma
lignitas adulterij dr̄ odij cauſa
tiua.Odia nāqꝫ temeraria iu-
dicia.ſuſpitiones:mali ↄceptus
blaſphemie:detractiones.mur
muratiōes.q̄rele.ↄuitia.idigna
tiones.ire.faſtidia.bizarie melē
conie.ai icitamēta erga ꝓximū
ex adulterio exurgūt.Que ꝑfe
cto q̄lia ⁊ quāta ſint:qs referre
poſſet?Que lingua que vox re
ferre?Raro enim poteſt celari
adulterium.Similiter a mari-
to quaſi ſemper oditur vxor.cū



de adulterio nouit.Et non pati
tur eaꝫ reſpirare.ipſi ⁊ filijs im
properat.Ex hoc oriunt̄ ↄtume
lie.meretrix nuncupat̄:qđ vxor
ſubſtinere nō valet.ſꝫ de deſpe
ratione tentat̄.Et raro vel nun
q̄ꝫ ei recōciliatur:q̄uis peniten
teꝫ deberet recip̄e.Indignatus
etiā alias ſequitur feminas.Si
vero vxor cognoſcit adulteriuꝫ
mariti:maritū blaſphemat:op-
tat ei mortē:ſumme odit eaꝫ cū
qua adulterat̄.Maledicit horā
⁊ diem ⁊ mediatores matrimo
nij.Anxiatur cōtinue diuerſis
imaginationibus odio ↄcepto:
ex quo ſepe alteꝝ viꝝ vocat.In
adulteris hoc odiū aliqñ tantū
excreſcit vt ex eo orian̄t diſſen-
ſiones:et bella mortaliſſima.
Que.n.cā fuit diuturne guerre
inter grecos ⁊ troianos ⁊ de-
ſtructiōis Troie nobiliſſime ci
uitatis:niſi raptus Helene pp
adulteriū?Sꝫ ⁊ in hiſtorijs ro-
manoꝝ narratur ꝙ pp adulte-
riū cōmiſſum ab Antonio:qui
ſibi cū Octauiano cōdiuiſerat
totum ip̄eriū ex eo ꝙ repudia-
uit vxorem ſuā germanā Octa
uiani:⁊ adheſit carnaliter Cleo
patre:regine egypti libidinoſiſ-
ſime femine:Octauianus indi
gnatus mouit ↄtra eū bellū na
uale ⁊ terreſtre:⁊ vbiqꝫ Anto-
nius fuit ↄuictus:qui demū ca
pta fuga ſe iterfecit.Cleopatra
quoqꝫ ſeipſaꝫ iteremit:pp adul
teriuꝫ.n.vt hētur.Iudicū.xix.⁊
xx.c.qđ perpetratū fuit cuꝫ vxo
re cuiuſdā leuite a viris ciuita-
tis Gabaa.q: illi de tribu Be
niamin:noluerūt tales punire:
mortui ſunt in bello circa.lx.mi
lia hoium.Nā in primo ⁊ ſcđo
bello:vndecim tribus fuerūt de
bellate a tribu Beniami:⁊ mor
tui pluſq̄ꝫ triginta milia de ip-
ſis qui ↄfidebāt de ſua multitu
dine cuꝫ eſſent q̄dringēta milia
vel circa.Sꝫ in tertio bello cō-
puncti ↄfidētes in dño hūerūt
victoriā ↄleta tribu Beniamin
exceptis.xxv.milibus.Adulteri
ſunt crudeliſſimi vltra q̄ꝫ dici
poſſit.Nā aliqñ occidunt̄ filij a
talibus ↄcepti:vel geniti.ē̄t ſine
baptiſmo ad occultādū adulte-
rium.Qđ eſt ſumme crudelita
tis:nec maior poteſt cogitari:q̄ꝫ
proprios occidere filios.Aliqñ
accidūtur ipſi adulterātes:q̄ꝫ-
uis nullo mō debēt occidi a pri
uatis perſonis:nec a p̄re:nec a
matre:nec a marito nec a fribꝰ
nec ab alijs:ſꝫ a iudice ciuitat̄:
ſolū per viā iuris.Et ſm cano-
nes grauiſſime punit̄ iterfector
vxoris pp adulteriū:vt pꝫ.xxxiij
q.ij.Admonere.licet in aliq̄ ca-
ſu permittatur ſm legē huma-
nā.tñ ſm magiſtruꝫ in.iiij.ſen.

d.xxxvij. Sācta eccleſia mūda
nis nūꝙ̄ ſtringit legibꝰ gladiuꝫ
nō hꝫ niſi ſpūalē. Et hmōi ho-
micidia ſepe accidūt ꝓp adulte
riū. Sequūt ⁊ ſepiſſime ꝯſum-
ptiones bonoꝝ tp̄aliū. Adulter
n. fac̄ veſtē iocalē: delitias adul
tere: ⁊ vxoꝛ adulterās: ſepe fura
tur bona viri. ꝓbēs ea adultero
ſuo. Sꝫ ⁊ ſi caſu vxoꝛ de adulte
rio ſuſcipiat filios nutrit eos de
bonis viri ſui: ⁊ tunc eſt furtuꝫ.
Aliqñ ēt baſtardus ſuſcipit he-
reditatē putatiui p̄ris vel in ꝑte
cū alijs heredibꝰ vel in totū. vñ
querūt doctoꝛes: qd faciet mu-
lier: que de adulterio ſuſcipit fi-
liū vl' ſupponit ſibi alienū ꝑtū?
Et Rñ. d. Ray. di. ſic. Mulier
ſi hꝫ talē viruꝫ: cui abſqꝫ ꝑiculo
coꝛpoꝛis ſui poſſit reuelare: tūc
tenet illud ei patefacere ⁊ ſic ab
ſoluta ē. Si vero talis ſit vir ꝙ
timeatur ꝑiculū: tūc dꝫ hoc ep̄o
ſeu ſacerdoti ꝑito vel vtriſqꝫ re
uelare: qui diligēter ⁊ caute in-
quirāt ꝯditiones ſpurij ſeu ſup
poſiti. Et ſi iuenerint illuꝫ eſſe
ſpūalem ac timentē deū: tūc co
rā muliere ſi viderint expedire
recepto p̄ꝛiꝰ ſacr̄o ab ipſa: ꝙ nō
calūnioſe ꝓcedit: ⁊ ēt ab illo ꝙ
ſecretū teneat: poterūt reuelare
ei: ⁊ ꝯſulere ingreſſuꝫ religiōis
vel ꝙ ſe ad lōginqua trāſferat:
vt nihil de bonis putatiui p̄ris
recipiat. Si vero illi ſpurio vel
ſuppoſito nō pōt reuelari ſine
periculo: vel ēt poſt reuelationē
nō vult ꝯſilio acqeſcere: tūc in-
iungat mulieri ꝙ de rebꝰ quas
hꝫ vel in futuꝝ hr̄e pōt ſatiſfaci
at viro iuxta poſſe: dolēs d̄ pctō
⁊ de hoc ꝙ plene ſatiſfacere nō
pōt. Et talis ſatiſfactio fiat cau
te per aliū abſqꝫ ꝑſone manife
ſtatione. Argu. xxij. q. v. h vī. Et
extra. De peni. c. O ſſm. Idē ho
ſti. Et tenet mulier ſatiſfacere vi
ro de ꝯſumptis ab ip̄o filio. te-
net ēt dicta mulier hr̄dibꝰ viri
ab iteſtato: vel hr̄dibus ſcriptis
vel qbꝰ veriſilr credit viꝝ religi
ſe qd̄ ſi neſcit: det pauperibus.
Idē dicit Inno. Que ſi nō hꝫ
vñ reſtituat ⁊ hꝫ ꝓbatōes: qbꝰ
p̄dicti ſucceſſoꝛes releuarent a
dāno qd̄ hñt: dꝫ eas adducere:
niſi grāde malū eſſe ꝓuentuꝝ.
Tūc. n. nō dꝫ facere: qꝛ minꝰ ma
lū eſt dānū reꝝ ꝙ̄ periculū coꝛ
poꝝ ⁊ aiaꝝ. Si vero nō hꝫ ꝓba
tiones: ſileat. ij. q. vij. Plerīqꝫ.
Hoc ſ̄ꝫ. d. Ray. oꝛdinis p̄dica
toꝝ. hoſ. ⁊ Inn. O adulterij grā
dis malignitas: ex q̄ tot manife
ſtiſſima pctā: ⁊ tot icōueniētia ⁊
ſcādala ꝓueniūt. ¶ Tertia mali
gnitas adulterij dr̄ punitionibꝰ
ſubiectia. eſt tā grāde ſcelꝰ ⁊ ne-
phādiſſimū vitiū vt ad exteria-
tōeꝫ eiꝰ multiplices accedāt pūi



tiōes. dr̄. n. leui. xx. ſi mechatꝰ: qſ
fuerit cū vxoꝛe aliꝰ ⁊ adulteriū ꝑpe
trauerit cū ꝯiuge ꝓximi ſui moꝛ
te moriat ⁊ mechꝰ ⁊ adultera. h
ille. Et iō ſcribe ⁊ phariſei iuēta
adultera dixert xp̄o. Io. viij. In
lege moyſes mādauit nobis hu
iuſmōi lapidare. Malach. iij. dr̄
Ero teſtis velox malefici ⁊ adul
teris. Sācta etiā romana eccle
ſia acriter adulteriū punit. Nā
xxij. q. i. Predicādū. Et. xxxiij. q.
ij. Hoc ip̄ꝫ. ſ̄m regulas antiqs
ꝓ adulterio ponit pniaꝫ. vij. an
noꝝ q̄uis hmōi etiaꝫ pro alijs
ſit nūc i arbitrio ꝯfeſſoꝛis. Hu
iuſmodi adulteri ſūt a d̄o excōi
cati ſp ⁊ diuiſi: ſic̄ diuidunt ipſi
matrimoniuꝫ. Et lꝫ de iure cōi
nō ſint excōicati: tñ in aliqbus
eccleſijs ep̄alibꝰ eſt lata ſnīa cō
tra eos ꝑ ſynodales ꝯſtitutōes
Et ꝑſeuerātes in adulterio de-
bent excōicari. Puniūt etiā ca
nones adulteros: ꝓhibentes re
ditionē debiti: cū hoc certitudi-
naliter: ab vna partiū noſcitur.
Quin āplius. ſtatuit eccleſia: ꝙ
ſi in adulterio ꝑſeueret notoꝛio
nullomō reddē debeat d̄bitū: q
innocens eſt: ne videat fauere
adulterio: ſed deſiſtat ab eo: vt
Iero. dic̄. Et hētur. xxxij. q. i. Di
xit dñs. Et tribus. c. ſeqn. Qui-
imo ꝯtra voluntateꝫ adulterij:
vel adulteri: qui fidē caſtitatis
ſeruat pōt petere diuoꝛtiū ⁊ nō
cohabitare cū adultero ⁊ intra-
re monaſteriū. quando adulte-
riū eſt notoꝛiū: vt notatur. xxvij.
q. ij. Agathoſa. cū glo. In quibꝰ
tamē caſibꝰ non poſſit adultera
accuſari vel dimitti. declarat
Ray. ⁊ habetur in Piſanella.
Mr̄imoniuꝫ. viij. §. Puniūtur
etiā adulteri p̄uatiōe ſepultu-
re eccleſiaſtice ſ̄m iura ſi i hoc
vitio moriant. Leges inſuꝑ ci-
uiles fulgura punitionis erga
adulteros tranſmittunt. Nam
ꝓpter adulteriuꝫ ꝓbatum: vxoꝛ
perdit dotē: vt patet in Autenti
co: vt liceat marito. §. Quivero
colſ. viij. Cū autē puella ſuſcipit
ꝓlē de adulterio p̄uatur do
te ſua. C. de repudijs. l. Cōſenſu
Item omnibus bonis viri de-
bet p̄uari. nō obſtante contra-
ria conſuetudine. ⁊ tam puella
ꝙ̄ filij efficiuntur infames. diſt.
lvi. Si gens angloꝛum. Quā-
uis leges ciuiles non ita puniāt
viros adulterantes cuꝫ ſolutis.
ſicut feminas adulterantes cuꝫ
ſolutis viris. tamen ſecundum
rectius iudicium eccleſie ita pu
nitur vnus ſicut alius: vt dicit
Innocen. papa. xxxij. q. v. Chꝛi-
ſtiana religio adulteriuꝫ in vtro
qꝫ ſexu: pari ratione condem-
nat. verumtamen grauius ſunt
puniendi viri de adulterio quā

mulieres.xxxij.q.vi.c.Indignā-
tur.Et.c.Nō mechaberis. Vi
de totū caſuz. Indignanť mari
ti:ſi audiāt adulteros viros pē-
dere:ſiľes adulteris feminis pe
nas:cū tāto grauius eos puniri
oportuerit:quāto magis ad eos
ꝑtinet ⁊ virtute vincere ⁊ rege-
re feminas:h ibi. Et ſunt verba
Aug.in lib.de adulterinis cōiu
gijs. Puniť etiā adulteriuz pe-
na mortis. C.de adulterijs.l.q̄ꝫ
uis. Perdit aduli famā:⁊ adul
tera:quo nihil peiꝰ. Mōſtranť
digito.de illis dť vulgariť:ꝙ fa
ciunt fuſi:torti:⁊ ꝙ ſunt cornuti.
In ſūma nihil videť magis fa-
mā maculare q̄ꝫ adulteriū:hāc
infamiaꝫ ne Lucretia romana
patereť pacto adulterio:q̄ꝫuis i
uita ꝯſenſiſſet Sexto filio regis
targni ſuꝑbi:corā multis ſeipaꝫ
occidit. Ne.n.eſſet exēplum ſe-
minis romanis:de aliq̄ macu-
la ipudicitie:aut nota adulterij:
vocato marito ⁊ parētibus:vio
lationē narrauit:qua relata:ſtil
lo corā oibus ī pectore ſe ꝑcuti-
ens: ꝓpria manu ſe interemit.
De hac habeť ab Augu.li.i.de
ci.d.c.xix. Ab Ouidio de faſtis.
ij.a Tito liuio lib.i.de origine vr
bis in fine Epithaphiū aūt eiꝰ
eſt tale. Cū foderet gladio:caſtū
Lucretia pectus:ſanguis ⁊ tor-
rens egredereť ait. Teſtes ꝓce-
dāt me nō fauiſſe tyrāno. Aīn vi
rū ſanguis ſpūs aīi deos. Quā
bñ ꝓducta ꝑ me:poſt fata loq̄n
tur. Alter apď maneť:alter apď
ſuperos. Nō excuſanť tñ ab in
famia vel a culpa mulieres cō-
ſentiētes:vel timore:vel verecū
dia.vel pauꝑtate vel infamatio
ne.vel ꝑiculo etiā mortis. Et ꝙ
tales adulteri ſint īfames pꝫ.iij.
q.v.Cōſtituimꝰ. Et ꝑ leges:na-
ti ex adulterio priuanť heredita
te paterna. priuanť dignitatibꝰ
tꝑalibꝰ.⁊ ꝓhibenť huiuſmodi a
prelaturis eccleſiaſticis.vt diſt.
lvi.c.Si gēs. Et q̄d plura.adul
ter a dyabolo punitur. Recitat
eni Petrus damianꝰ.ꝙ apud
parmēſeꝫ vrbē.in vigilia ſctōꝝ
Seruaſij ⁊ Protaſij. Vir q̄-
dam mane ſurgēs. boues ſuos
ad remotiora paſcua duxit. Sꝫ
quidā vicinꝰ ſe virū febricitantē
ſimulās vxoris lectū īgreditur.
Quē vxor maritum exiſtimās
admittit. Eamq̄ꝫ ille violās.ſta
tim receſſit. Nec multo poſt.re
diens maritus ſtratum refecit.
cui vxor exprobans ait. O prime
poteꝛ hodie eccľiaꝫ ſctōꝝ mar
tyrū que tibi cōtigua eſt.cū cete
ris xpianis viſitare. Ille attoni
tus ingrit q̄d loquať. Et cū rem
ordinate cognouiſſent. ꝯſterna
ti ſūt mēte.illuſionē cognoſcen
tes. Reaſſumpto ſpū.deū exo-



rāt.vt latētē adulteriū detegat.
⁊ ei iuſtā vindictā inferat. Mox
adulter demōe plenꝰ.⁊ ſeipſum
lacerans eccleſiaꝫ intrauit. mō
in altum ſe leuās.mō ad terrā.
ſe grauiſſimo ipetu precipitās.
modo ad parieteꝫ.mō ad paui-
mētū.ſe proſternēs.tandē infe-
licem animā.corā populo exala
uit.h ibi. Vltio ab eterno igne
cruciať. Infelix adulter. O ſec
vij. Omnes adulterātes q̄ſi cly
banus ſuccenſus a coquēte.pri
me Cor.vj. An neſcitis. q2 ini-
qui regnuꝫ dei non poſſidebūt
Nolite errare. Neq̄ꝫ fornica-
rij.neq̄ꝫ adulteri regnuꝫ dei poſ
ſidebunt. Ex his patet.nephan
diſſimi adulterorūꝫ malignitas.

ERtio principaliter cō-
t ſiderare debemus adul
terij ſpecificationeꝫ. vti
le ⁊ per neceſſarium eſt ſcire ⁊
intelligē in ſpeciali.peccata mor
talia. que circa adulterium cō-
mittunť.vt miſer adulter pleniꝰ
cōfiteri poſſit. Ideo duodecim
modos ponemus in quibꝰ adul
teriū cōmittitur. ¶ Primꝰ mo
dus dicitur cogitatiuꝰ. Cuꝫ ali-
quis vxoratus nō ꝯtentꝰ de ꝓ-
pria:vel quia nō eſt ita pulchra:
vel q2 eſt īfirma:vel nō ita iuue
nis:vľ alio reſpectu:cogitat car
naliter cuꝫ delectatione de alia
femina vxorata:vel non vxora-
ta: peccat mortaliter quotiens
aduertēter cogitat:etiam ſi nol
let venire vel non poſſet venire
ad actū. Similiter peccat muli
er vxorata cogitans:vt dictum
eſt:de viro alio maritato vel nō
maritato:quacūq̄ꝫ de cauſa mo
ueatur ad cogitandum: vel pro
pter turpitudinem viri: vel pro-
pter ſenectutem ⁊ huiuſmodi:⁊
diciť adulterium cū cogitatione
moroſa. Mat.xv. De corde exe
unt adulteria. ¶ Secundus mo
dus adulterij eſt locutiuꝰ. Cum
vxoratꝰ turpiter ⁊ impudice cū
delectatione venerea completa
ratione loquitur de aliqua fe-
mina maritata: vel cantat aut
ſonat modo predicto: ſemꝑ pec
cat mortaliter. Similiter vxora
ta loquens modo declarato de
alio viro peccat mortaliter ⁊ cō
mittit adulterium cū ore. Naꝫ
vt ait.ſ.Doct.ſcďa ſcďe.q.lxxiij.
Peccata verboruꝫ maxime iu
dicanda ſunt ſm intentionē di
centis. ¶ Tertius modus adul
terij eſt viſiuus. Cum vxoratus
reſpicit aliam mulierem:⁊ in il
lis aſpectibus carnaliter dele-
ctatur aduertenter ⁊ cum ꝯſen
ſu rationis peccat mortaliter:
quotiens id agit:⁊ ꝯmittit adul
terium cū oculis. Similiter vxo
rata illo modo reſpiciens: pec-
cat mortaliter:⁊ adulterium cū

oculis cōmittit.ij.pe.ij. Oculos
habētes plenos adulterij. Ideo
xp̄s.Mat.v.Si oculus tuꝰ ſcā-
dalizat te:erue eū ⁊ proijce abs
te. ¶ Quartus modus adulte-
rij eſt auditiuꝰ.Cū vxoratus vel
vxorata libēter ⁊ delectāter au
dit verba amoris ⁊ turpia pre-
ter matrimoniū : de alio vel de
alia peccat mortalr̄.Et eſt adul
teriū cōmiſſum cū aure:que ad
huiuſmodi leta erigit̄ : ⁊ ad dei
verba ſepe faſtidit.vnde Eccle.
xxviij.Sepi aures tuas ſpinis:
⁊ linguā neq̄ꝫ noli audire:⁊ ori
tuo facito hoſtia:⁊ ſeras aurıbꝰ
tuis. ¶ Quintꝰ modꝰ eſt odora
tiuus.Cū vxoratꝰ vel vxorata ꝓ
uocat̄ ex odore alteriꝰ viri:vel al
terius femine:ad turpia ⁊ imū-
da extra matrimoniū cū ꝯſen-
ſu rationis:eſt ſemꝑ pctm̄ mor-
tale.Et eſt adulteriū cum nare.
Talibus cōminat̄ deus Iſa.iij.
Erit ꝓ ſuaui odor̄ fetor.¶ Sex
tus modus adulterij eſt guloſi-
tiuus.Cū vxoratus vel vxorata
comedit ⁊ bibit vel accipit aro
mata vel calida vt ſe ꝓuocet ad
actus turpes ⁊ carnales cōmo
tiones extra matrimoniū ſecuꝫ
vel cū alio vel alia:peccat mor-
taliter : ⁊ eſt adulteriū cū guſtu.
ij.pe.ij. Delitijs affluētes in cō
uiuijs ſuis luxuriātes.Et Oſee
iiij.Comedent ⁊ nō ſaturabun

tur. ¶ Septimꝰ modus adulte
rij eſt contactiuus.Cū vxoratus
vel vxorata tangit ſe vel maſcu
lum vel feminā cū delectatione
carnali extra matrimoniū:pec-
cat mortaliter:⁊ eſt adulterium
cū tactu.Hinc.Iſa.lix. Manꝰ
eniꝫ vr̄e pollute ſunt ſanguine.
¶ Octauꝰ modꝰ adulterij eſt aſ
ſociatiuꝰ.Cuꝫ aliqs aſſociat ali
quē vel aliquā ad adulteriū:vel
cōſulit.vel adiuuat.vel eſt medi
us per ambaſiatas.vel nutꝰ.vl̄
facit aſcortā:peccat ſemꝑ mor-
taliter:⁊ dr̄ adulteriū aſſociati-
uū:q2 eſt ſociꝰ ⁊ ꝯſentiēs crimi.
Ro.i.Digni ſunt morte nō ſo-
lū qui faciūt:ſed etiā qui cōſen
tiūt facientibꝰ.¶ Nonꝰ modus
adultij dr̄ veſtitiuꝰ. Cū vxoratꝰ
vel vxorata ſuꝑflue ſe ornāt ad
placēdum carnalit̄ alijs peccat
mortalr̄.Et dr̄ adulteriū cū or-
natu.De hmōi dr̄. Prouer.vij
Ecce mulier occurrit illi orna-
tu mērricio ꝑpata ad ꝺcipiēdas
aias.¶ Decimꝰ modꝰ adulterij
ē opatiuꝰ.Cū aliqs vxoratꝰ cuꝫ
vxorata:actualr̄ ꝑficit opꝰ ihone
ſtū:peccat mōtalr̄. Et dr̄ adultiū
unt multi anni in quibus vota
ſua ⁊ deſideria ipleuit: de ora-
tiōe: de elemoſynis: de predica
tionibus: de confeſſiōe ⁊ de ali-
is ſaluiferis minime curans.
Jam ſenex effectus lecto pro-
ſternitur: confidens multū ſibi
tēpus ſupereſſe: de ſuis pecca-
tis nō cōterit̃ neqꝫ cōfitet̃. Ec-
ce tādē anhelitu deficiēte: vicio
vite termio appropinqre cepit.
Cui ī ſupremo ſpiritu iā cōſtitu
to mors apparuit dicēs. Sufficit
cit mō: tps ē: vt mea falce pere-
as. Ille de falſitate morti cepit
valde cōqueri: eo ꝙ nō dediſſ
ſignū. Cui mors. O fatue. O ce
ce. O miſerrie: n̄ te fefelli. Non



enim vnum tm̄ tibi dedi ſignū:
ſed cētū ⁊ mille. Quādo caput
aliqñ tibi doluit erat vnū ſignū
Quando ſtomachus lāguebat
erat alterū ſignū. Quādo cāpa
na pro alio mortuo pulſabat:
erat aliud ſignū. Et ita forſitan
milies te admonui. Nūc autē
neceſſe eſt vt venias. Inuitus
igitꝫ ⁊ deſperatus mortu⁹ eſt.
Nō eſt ergo ꝯfidendū de lon-
giori vita: ſed iugi meditatione
celeritas mortis penſanda eſt.
Ait. n. Plato. Omniū ſapiētiū
vita meditationē eē mortis. Et
Eccl. vii. dr̄. Memorare nouiſ
ſima tua ⁊ ī eternū nō peccabiſ
Sic. n. morte ꝓparatos ⁊ diſpo
ſitos nō inueniet: cui ⁊ letāter oc
curremus: vitā ꝑpetuā ſperan-
tes. Quia vt ait Auguſt. in. i. de
ci. dei. Impoſſibile eſt bene vi-
uere. ⁊ male mori. Quod nobiſ
concedat xp̄s. Amen.

Feria. iij. dñice paſſiōis. De
timore dei. Sermo. xlij.

Querebant eū iudei
interficere. Io. vij.
Qui vicia ⁊ peccata
vitar̃ cupit iter reliq̄
que ad hoc efficaciſſimū reme-
diū prebēt: potiſſimū eſt timor
dei. Ait. n. ſapiētiſſimus Salo-
mō. Prou. c. xv. Per tiorē dñi
declinat ois a malo. Et Chriſo.
Solus dei timor eſt: qui mēteſ
colligit: fugat crimina. innocen
tiā ſeruat. Hunc timorē de iu-
dei nō habuerūt. Iō querebant
xp̄m interficere: vt inquiūt ver
ba aſſumpta ⁊ in euāgelio reci
tata. In quo tria notāda habe-
mus. Primum notandū ꝙ
malitia hoium aliqñ declinan
da eſt ibi. Nō. n. volebat in iu-
deā ambulare. Scōm notan
dū: ꝙ in reb⁹ ipoꝛtātie cōgruū
tēpus eſt expectādū. ibi. Tēpus
meū nōdū venit. Tertiū no-
tandū ꝙ timor humanus non
ſinit veritatē cōfiteri: atqꝫ publi
ce eā referre. ibi. Nemo tn̄ pa-
lā loquebat̃ de illo ꝓpter me-
tū iudeorū. Hunc metū ⁊ timo
rem ſeponentes: curabimus ve
rum dei timorē in noſtris cor
dibuſ poſſidere. De quo tria oc
currunt conſideranda.
Primū ē timoris diffinitio.
Scōm eſt timoris inductio.
Tertiū ē timoris fructificatō.
Primū ꝯſiderādū circa ti-
morē domini eſt diffinitio Al-
bertus magnus in. ij. ſen. addu
cēs diffinitionē Auguſtini ſic
dicit. Timor ē ꝑturbatio animi
in expectatione mali. Vnde. ſ.
Doc. pma ſcđe. q. xliij. ar. i. Etſi
militer Albert⁹ vt. ſ. dic̄. Obie
ctū timoris eſt malū futurū ꝯtī
ſtatiuū. Et phs. ij. retho. Timor
ꝓuenit ex fantaſia futuri mali

prouenientis ex debilitate vir-
tutis. Et iteꝝ phs.iij. ethy. Ti-
moꝛ ē expectatio mali. Et Da-
maſcenus lib.iij. Timoꝛ ē mo-
tus ſm ſyſtolē.i. ſm ꝯctionem.
Syſtoles ꝛ dyaſcoles ſunt due
virtutes circa coꝛ. Vna.ſ. ſyſto
les cōtrahit ꝛ reſtringit. Altera
ſ. dyaſcoleſ aperit ꝛ dilatat. Vñ
Alber.in.ij.de aia dicit. Motꝰ
coꝛdis ē ſm ſyſtolem ꝛ dyaſco
lem. Et in.ij.ſen.di.xxxvi. dicit.
Obiectuꝫ timoꝛis malū eſt:qđ
vñ coꝛ fugit in ſeipſum. ꝯbiſ ſꝫ
ſyſtolem. Hac p̄eclara diffini
tione habita:querit vtruꝫ deus
poſſit a nobis timeri. Et videt
ꝙ nō. Nā vt phs.in.ij.rhetori-
ce dicit. Illa timemus ex quibꝰ
nobis mala ꝓueniunt:q2 vt di
ctū eſt ſupra:obiectū timoꝛis eſt
malū. Sed mala nō veniūt no
bis a deo:q2 ipſe eſt ſumma bo
nitas:ſed ex nobis ipſis ſm il-
lud O ſee.xiij. Perditio tua iſ-
rael:tantūmō in me auxiliū tu
um. ergo deus nō eſt timēdus.
Huic qōni rñdet.ſ. Doct.ſcđa
ſcđe.q.xix.ar.i.d. Timoꝛ duplex
obiectū hēre pōt:quoꝝ vnū eſt
ipſum maluꝫ qđ hō refugit. Et
iſto mō deus qui eſt ipſa ſum-
ma bonitas:obiectū timoꝛis eē
nō pōt. Aliud aūt obiectū eſt il-
lud a quo maluꝫ ꝓuenire pōt.
Et hoc mō deꝰ pōt eſſe obiectū
timoꝛis inquantuꝫ.ſ.ab ipſo po
teſt nobis imminere malū pe-
ne:ꝛ nō malū culpe: Inquantū
ſm ſuā iuſtitiā malos punit:fla
gellat atqꝫ diſſipat:quia iuſtus
dñs ꝛ iuſtitiaſ dilexit.ps.x. Vn
de Io.in apoc.xiiij. clamat di.
Timete dñm ꝛ date illi hono-
rē:q2 venit hoꝛa iudicij eius.ſ.
ad puniēdū:flagellādū:nō timē
tes:ꝛ nō tremētes ſuā maieſta
tē. Propterea dñs:prout ſcri
bit Malach.i.ait. Si dñs ego
ſuꝫ:vbi eſt timoꝛ meus? Et La
ctātius in libro de ira dei.c.vlti
mo ſic dicit. Debemus hunc
oēs amare q2 pater eſt:ꝛ vereri
ꝙ dñs ꝛ honoꝛificare ꝙ benefi
cus:ꝛ metuere ꝙ ſeuerus. Vtras
qꝫ perſona in eo venerabilis.
Quis ſalua pietate nō diligat
anime ſue parentē? Aut quis im
pune ꝯtēnat eū qui rerū domi
natoꝛ:habeat in oēs verā ꝛ eter
nam ptātem. Hec ille. Timen
dus igitur eſt deus atqꝫ ſum-
me honoꝛādus. Quod tunc fit
qñ nullus eum offendit:nec.ſ.
mortaliter nec venialiter.q2 vt
Doc.ſ.dicit.ſcđa ſcđe.q.liiij.ar.
ij.ad quartū. Timoꝛ dei operi
tur ad euitationē omnis pecca
ti etiā negligentie. Et ſic pꝫ diſ
finitio cum ſolutione dubij: ꝛ
hoc quantū ad primam partē
pꝛincipalem.



Ecundum qđ occurrit
conſiderandum circa ti
moꝛem domini vocat
īductio. Magiſter Guilielmꝰ
par. ſacri oꝛdinis pꝛedicatoꝛuꝫ
in ſumma de virtutibꝰ plura in
ducētia ponit ad deum timen-
dū:ſed ego bꝛeuitati vacās tria
tm̄ adduco in medium.
¶ Pꝛimū eſt dei potentia.
¶ Scđm eſt dei ſcientia.
¶ Tertiū eſt dei iuſticia.
¶ Pꝛimo dico ꝙ timere debe
mus deū ꝓpter infinitā eiꝰ po-
tentiā. Sacri theologi querunt
vtrum potentia dei ſit infinita.
Huic qōni rñdet Doc.ſ.in qōſti
onibus de potentia dei.q.i.arti.
ii. Et pꝛima par.q.xxv. Et in pꝛi
mo ſen.di.xliii.dicēs. Potētia
dei eſt oīno īfinita.ſic. Illud qđ
habet eſſe abſolutū ꝛ indepen-
dens:ꝛ nullo mō receptū in ali
quo:immo ipſummet eſt ſuū eſſe:
eſt infinituꝫ ſimpliciter ꝛ oīno.
Sꝫ potētia dei hꝫ eē indepēdēſ
ꝛ nullo mō receptū in alio. Er-
go potentia dei eſt īfinita. Ma
ioꝛ eſt.ſ. Doc.in locis ſuperiꝰ al
legatis ꝛ permaxime in pꝛimo
ſen. Minoꝛ pꝫ in libꝛo de cau-
ſis vbi dr̄ ſic. Ens pꝛimum hēt
virtutē ſimplr̄ infinitā:q2 ipſm-
met eſt ſua virtus.h ibi. Vnde
phs volens oſtēdere ꝙ omnia
dependent a deo ſic dicit in pꝛi
mo de celo. A pꝛimo ente:com
municatū eſt ſingulis eſſe:viue
re ꝛ intelligere.his quidē clari-
us.his aūt obſcurius. Hoc idē
replicat idem phs in.ij.xi.ꝛ.xij.
methaphy.ꝛ.viij.phy. Et Da-
maſcenus. Deus eſt infinitus.
eternꝰ ꝛ incircōſcriptibilis. Er-
go potētia dei eſt īfinita. Et no
ta ꝙ duplex eſt potētia.ſ.actiua
ꝛ paſſiua vt phs ingt.v. metha.
ꝛ.ij.de anima. Potentia paſſi-
ua nullo modo eſt i deo:q2 ipſe
eſt liber ab omni paſſione: ſed
potentia actiua que eſt pꝛinci-
pium agendi. Deus igitur eſt i
finite potentie:infinite virtutis:
infinite operatiōis. Ex quibus
ſequitur ꝙ deus eſt valde timē
dus. Quod ſic declarat. Quan
to aliquis eſt maioꝛis potentie
ꝛ virtutis:tāto magis eſt timē
dus. Nam imperatoꝛ eſt ma-
gis timendus ꝙ̄ aliquis alius
dñs tpalis:quia eſt dñs totius
mundi:vt.ff.ad.l.rodiam.de ia-
ctu.l.depcatio:vt dicit lex. Ego
imperatoꝛ:dominus ſuꝫ totius
mundi. Et Baldus dicit. Im-
peratoꝛ ē tāquā ſtella matutia:
q̄ in medio nebule meridiona-
lis iminet. Et rō eſt:q2 ppl's ro
manꝰ trāſtulit in eū oēm ptātē
ꝛ iuriſditionē:vt pꝫ.ff.de ꝯſtitu
tionibꝰ pꝛincipū.l.i. In ſpiritua
libꝰ vo papa eſt magis timēdꝰ

quia eſt vicarius dei: habens
omnem poteſtatē ſup animas:
electꝰ ⁊ aſſumptꝰ i plenitudīe po
teſtatis. Patet hoc in decretis.
ij.q.vi.c. Decreto. Et ex̄ de vſu
palij.c. Ad honorē. Et de ꝯceſ-
ſione prebēde.c. Propoſuit. Cū
igit̄ deus ſit ſummus dñs om
niū dñoꝝ: omniū pōtificū: oiū
imperatoꝝ: quilibet eū timeat.
Timete ergo deū: qꝛ eius potē
tia eſt infinita. Timete deū: qa
ſicut cūcta creauit de nihilo: ſic
ſua infinita potētia ea poteſt in
inſtanti deſtruere ⁊ anihilare.
Timete deum: qꝛ poteſt obtene
brare ſolem: lunam: ⁊ ſtellas. Ti
mete deum quia poteſt infice-
re ⁊ corrumpere aerem ⁊ mit-
tere peſtilentiam: tam horribi-
lem: ꝙ nullus remanebit. Ti-
mete deū: qꝛ poteſt aperire ter-
rā ⁊ oēs ſubmergere i baratrū
iferni. Timete deum: qꝛ pt̄ mit
tere fulgura: tonitrua ⁊ ignē de
celo: ⁊ i puluerē omnes redige-
re: Timete deū o dñi tēporales
quia veſtra potentia nihil pōt.
Timete deū: o cardinales: o di
uites: o nobiles: o mercatores:
o artifices: o vani iuuenes: o
vane mulieres. Timete deū: ti-
mete deū: timete deū. Propte
rea Jere.x.ca. clamat. di. Quis
nō timebit te o rex gētium. Et
Tuliꝰ li.i. de natura deoꝝ ait.
Impoſuiſtis ceruicibꝰ nr̄is ſem
piternū deū: quem dies ⁊ no-
ctes timeremus. Quis enī nō
timeat omnia prouidētē ⁊ aiad
uertentem: ⁊ omnia ad ſe perti
nere putantem curioſum ⁊ ple
num negocij? Et ad hunc timo
rē inducit nos chriſtus Ma.
x. Timete eum qui poteſt ani-
mam ⁊ corpus perdere in gehē
nam. ¶ Scdm mouens nos vt
deum timeamus eſt eius clara
ſcientia. Si quis quereret vnde
eſt ꝙ arbores ⁊ cetere plāte nō
cognoſcunt nec itelligunt. Rñ-
dit Phs in.ij. libro de aia .t.ſ.
Doc.i prima par.q.xiiij.ar.i.ꝙ
plante nō cognoſcūt ꝓpter ſuā
materialitatem. Sēſus autē co
gnoſcitiuus eſt: qꝛ receptiuꝰ eſt
ſpecierꝝ ſine materia: ⁊ itellectꝰ
adhuc magis cognoſcitiuꝰ: qꝛ ē
ſeparatus a materia ⁊ imixtꝰ vt
dicit̄ a pho i.iij. de anima. Vi
cū deꝰ ſit in ſummo immateria
litatis: qꝛ eſt actꝰ purus: vt dicit
Comētator.xij. Metha. Seqt̄
ꝙ ipſe ſit i ſummo cognitionis
h.ſ.Tho. His p̄miſſis dicamꝰ
ſic. Quāto res ē ſpūalior ⁊ ſim
plicior: tāto ē plurimū cogniti-
ua. Deꝰ ē ſubſtātia ſimpliciſſi-
ma atqꝫ ſpūaliſſima: carēs oī
ꝯpoſitōe: vt dclarat.ſ.doc.p̄ma
par.q.iij.ar.vij. Nā i eo non ē
cōpoſitio forme ⁊ materie. Nō



nature ⁊ ſuppoſiti. Nō eē ⁊ eēn
tie. Nō generis ⁊ dīe. Nō ſu-
biecti ⁊ accidētis. Nō actꝰ ⁊ po
tētie. Nō oium eſt: qꝛ oē cōpoſi
tum eſt poſteriꝰ ſuis cōponenti
bus: ⁊ dependēs ex eis. Deus
autē eſt primum ens ⁊ a nullo
dependens. igit̄ deus nullo mo
do eſt compoſitus. Ergo deus
omnia videt ⁊ cognoſcit. Veni
at alia ratio ſic. Deus eſt oium
creator. ergo omnia cognoſcit
tā bona q̄ꝫ mala: vt in vno quo
qꝫ iuſtitia locum habeat. Per
tinet enim ad iudicem habere
ſcientiam ⁊ cognitionem omni
um.ſ. iuſti ⁊ iniuſti: vt.ff. de iuſti
tia ⁊ iure.l. iuſtitia. Sed dices.
Quomodo eſt poſſibile ꝙ deus
intelligat ⁊ cognoſcat: ſciat ⁊ vi
deat oia que agunt̄ ⁊ maxie in
occultis. Rñdit magiſter ſentē.
cū omni theologorum ſcola di.
Deus eſt vbiqꝫ p potentiā: per
eſſentiā: ⁊ per preſentiaz. Quo
modo aūt hoc ſit poſſibile. doc.
ſ.in p̄ma pte.q.viij.arti.iij. opti-
me declarat dicēs. Deus eſt in
omnibꝰ per potentiam inquan
tum oia eius ptāti ſubdunt̄.i. ni
hil eſt in mūdo quin illō ſubda
tur ptāti dei: ita ꝙ poteſtas dei
omnia amplectit̄: ⁊ ſibi ſubicit
omnia viſibilia.ſ. ⁊ iuiſibilia: cor
poralia ⁊ ſpūalia: celum: elemen
ta: ⁊ infernū. Et nō eſt impera-
tor: nō rex: nō aliquis alius do
minus tā magnus ⁊ potēs qui
nō ſit ſub dei potentia. Nō pa
pa. Nō cardinales. Nō alij p̄
lati. Nō mundi principes. Nō
fortes. Nō robuſti. Non gran
des. Nō paruuli. Deus iſuper
eſt in omnibꝰ per eſſentiam: in
quantū oibꝰ adeſt: vt cauſa eēn
di.i. omnis creatura quecūqꝫ ſit
illa hꝫ eſſe a deo: incipiendo ab
vltimo ſeraphin vſqꝫ ad mimā
formicā: ipſe deus ē illud maxi
mū ens. de quo phs in.xij. me-
tha. Et.ſ. Doc. prima pte dicit.
Quod eſt maxime ens ⁊ maxi
me verum: eſt cauſa omnis en
tis ⁊ omnis veri. Eſt preterea
in omnibus per preſentiam in-
quantum omnia nuda ⁊ aper-
ta ſunt oculis eius.i. deꝰ cogno
ſcit ⁊ videt oia preterita. oia pre
ſentia: ⁊ oia futura. Hoc atte-
ſtat̄ Paulus. hebre.iiij. di. Oia
aūt nuda ⁊ apta ſunt oculis eiꝰ
Et phs de bōa fortuna. Deꝰ be
ne videt oia p̄terita: preſentia: ⁊
futura. Et iterꝝ Paulus excla-
mant: vt pꝫ ad Ro.xi.c. dicens.
O altitudo diuitiarū ſapiētie ⁊
ſcie dei: q̄ꝫ incōprehenſibilia ſūt
iudicia eius: ⁊ inueſtigabiles vie
eius: Quis enim cognouit ſen
ſum domini? Aut quis eiꝰ cōſi-
liariꝰ fuit? Aut quis prior dedit il
li ⁊ retribuetur ei. Quoniaꝫ ex

ipſo:⁊ ꝑ ipm̄ ⁊ in ipſo ſunt oia:
hec ille. Pꝫ ergo ꝙ in deo eſt
ſumma ſapia: ſumma ſcia: que
eſt cā oiuꝫ reꝝ: vt dicit Comē.
ſu.v.Metha. Eſt iſup ſumma
cognitio: ſūma viſio: ſūma itelli
gentia. O ia.n.eternalr cogno-
uit: oēs malas cogitatiões: oēs
malas locutiones: oēs malas
opatiões: oēs iniquos act⁹: eter
nalit anteq̄ꝫ fierēt vidit ⁊ cogno
uit. Time igit̄ deū. O tu q̄ ſem
per mala cogitas: mala medita
ris. mala de alio iudicas: q̄a de
us cor tuū: malis cogitationib⁹
plenuꝫ videt ⁊ cognoſcit. Time
deū o lingua ſerpentina. o lin-
gua dyabolica. o lingua mēdax
⁊ ꝑiura. Time deuꝫ o detractor
peſſime. Time deū o blaſſema
tor iniq̄ſſime. Time deū o mur
murator ⁊ ſuſurro dyabolice.
Time deū o tu q̄ facis vſuras.
Time deuꝫ o tu qui vendis ad
terminū. tu qui decipis ꝓximū
tu qui tenes aliena. tu q̄ tot cō-
mittis rapinas: tot extorſiones.
Timete deuꝫ o iuuenes laſciui
qui in ecclia ꝓcamini. Timete
deū o vane ⁊ pōpoſe mulieres:
o monialiū corruptores: o ſacri
lege: q̄a lꝫ i occulto talia abho-
minabilia ⁊ ſcelera faciatis. tn̄
deo oia ſunt clara ⁊ manifeſta
⁊ oia videt: in quocunq̄ꝫ loco ſi
ant. Patet hoc ꝓuer.xv. In oi

ingt Salomon. Oculi domini
contēplantur bonos ⁊ malos.
Et apoc̄.v. Vidi agnuꝫ ſtanteꝫ
tanquā occiſuꝫ habentē cornua
ſeptē ⁊ oculos ſeptem. Septem
ſunt oculi domini cū quibus vi
det omnia peccata: omniū pla-
torum: omniū clericorū: omniū
religioſorum: omniū monacho
rū: omniū coniugatorū: omniuꝫ
virginū: ⁊ omnium viduarum.
Ecce quare dicit Joannes: ꝙ
dñs hꝫ ſepteꝫ oculos: q̄r ſepteꝫ
ſunt ſtatus hominum peccanti
um ⁊ offendentium diuinā ma
ieſtatem. Audi exemplum mi-
rabile. Quedam meretrix no-
mine Thays tante pulchritudi
nis extitit: vt multi propter eā
venditis ſubſtantijs ſuis ad vl-
timam paupertatē deuenerunt
⁊ pre zelo frequēter puelle limi
na ſanguine iuuenum replebā-
tur. Ad quaꝫ abbas Paphnu
tius accedens: volens eam con
uertere: ⁊ dans ei ſoliduꝫ quaſi
pro mercede peccādi dixit ei: vt
locū ſecretum ingrederētur. Il
la autē dixit. Eſt quoddaꝫ ſecre
tū vel cubiculuꝫ: vbi nullus in-
greditur: niſi verum deuꝫ time
as. Non eſt eni locus qui diui
nitati ei⁹ abſcondit̄. Cui ſenex.
Scis tu eē deū? At illa. Scio
inquā eſſe deum: ⁊ regnū futuri
ſeculi: necnon ⁊ tormēta pecca



torū. Et ſenex. Cur tot animas
perdidiſti? Heu miſera: q̄r nō
ſolū pro tua: ſed pro illorum es
reddi̇tura rōnē. Illa vero hec
⁊ ſimilia audiēs: prouoluta ad
pedes ſenis cū lachrymis exo-
rabat dicēs. Scio eſſe pniaꝫ pa
ter ⁊ ꝯfido de remiſſiōe te orā
te. Et collectis omnibus que-
cunq̄ꝫ ex pctō lucrata fuerat in
medio ciuitatis igne corā om-
nibus cōbuſſit. Erat autē preci
um auri librarū quadringenta
rū. Et tandē peracta peniten-
tia in pane ⁊ aqua per tres an-
nos in carcere detruſa: ſancto
fine quieuit. Vide legendā ei⁹
de mēſe octobris ante feſtum
Dionyſij. Audi ⁊ aliud exēplū.
Refert ſi q̄dē Petrus damia
nus: ꝙ quidā alienā ſuem fura
tus eſt. Erat autem vir ille cui
ſus erat hoſpitalis valde: fur
vero tōſor erat. Venit ergo q̄-
dā in effigie paupis ⁊ ꝓlixo cri
ne rogauitq̄ꝫ tōſorē vt eū rade
ret. ille ꝓtinus aſſumptis forpi
cibus reuerēter eum tōdere ce
pit: qđ cū faceret r[illegible]perit in occi
pitio eius duos oculos latitan
tes. Expauit ille ⁊ queſiuit q̄d
hoc eſſet. Cui ille iquit. Ego ſuꝫ
Jeſus qui cūcta cōtemplor. Et
iſti ſunt oculi: q̄b⁹ vidi ſuē quaꝫ
in cauea ꝯcluſiſti: moxq̄ꝫ diſpa
ruit. Timete igit̄ deum. q̄r die ⁊

nocte oia videt. Confirmātur
oia h̄. Eccle.xxiii.c. Oculi domi
ni multo plus lucidiores ſunt
ſup ſolē circūſpiciētes oēs vias
hoium ⁊ ꝓfundum abyſſi: ⁊ ho
minū corda intuentes: in abſcō
ſas partes. dño.n. deo anteq̄ꝫ
crearentur omnia ſunt agnita
⁊ ſic poſt perfectum reſpicit om
nia. hec ibi. ¶ Tertium inducēs
nos ad timendū deū: eſt dei iu
ſtitia. Miſeri peccatores dum
immergūt ſe in fecibus pecca-
torū opinātur ⁊ ſuadēt ſibi ipſis
ꝙ deus eos nō puniet: ⁊ nō cō
ſiderāt ꝙ iuſtitia dei eſt ifinita
⁊ nullū peccatū: nullū delictuꝫ
relinquit impunituꝫ. Pꝫ h̄ in
apoc̄.i.c. Vbi Joannes vidit
chriſtū habentē in eius ore gla
diū ex vtraq̄ꝫ pte acutū. Per
gladiū itelligit̄ ſeuera ⁊ vīdicati
ua iuſtitia dei que punit ſcelera
tos peccatores: tam in corpore
q̄ꝫ in anima: tā i hoc mūdo q̄ꝫ
in alio. Hoc gladio vindicauit
ſe deus ꝯ pctm̄ fetētis luxurie:
deſtruēdo totū mūdū aq̄s dilu
uij. Gen̄.vi.⁊.vij. ⁊ ideo timete
deū. O luxurioſi: o carnales: o
nutriti i putredie ⁊ fecib⁹ imūdi
tie: q̄r alr̄ iuſtitia dī ſumet vīdi
ctā d̄ vob̄. Nō eſtis mihi credi
te ſecuri. vn̄ Ber. Nuſq̄ꝫ ē ſecu
ritas. nec i celo: nec i padiſo mī
to min⁹ i mūdo. in celo cecidit

angelus ex pſītia ditatis. In pa
radiſo Adā de loco voluptatis
Im mūdo Iudas de ſcola ſal-
uatoris. hec ille. Hoc codē gla-
dio exercuit maximā vindictaꝫ
ꝯ nephādiſſimos ⁊ ſulphureoſ
ſodomitas. cōburēs ⁊ ſubmer-
gēs totā illā patriā cū quinqꝫ ci
uitatibus Gen̄. xix. Et iō time
te deū o maledicti gomorreani.
Timete deū o deſtructores hu
māi generis: qꝛ niſi dimiſeritiſ
tantā abhominationē: oīno iu-
ſtitia dei diſſipabit vos. Hoc
gladio diuine iuſtitie vindica-
uit ſe deus ꝯtra pct̄m adulterij
pp̄ qđ occiſa ſt vigintiduo milia
hoīum: vt hr̄. Iudicū. xix. ⁊ xx.
c. Iō timete deū o adulteri. ti-
mete deū o violatores thori ma
ritalis. timete deuꝫ o mulieres
adultere. Iſto gladio puniuit
deꝰ ſymone magū pp̄ pct̄m ſy
monie. Nam poſtq̄ꝫ demones
portauerūt eū ꝑ aera in altum
ꝑcepto apoſtolorum Petri ⁊
Pauli dimiſerūt eū: ⁊ cadēs i
terrā: ſepultus eſt in inferno cū
cēto milia dyauoli. Propterea
timete deuꝫ o ſymoniaci. Hic
gladiꝰ trāſſormauit Nabucho
donoſor in beſtiā pp̄ pct̄m ſup-
bie. Et iō timete deū o ſupbi: o
ambitioſi: o inflati. Ha iuſtitia
dei tu es illa qua peccatoreſ pu
niunt̄: flagellant̄: exterminātur.
Aliqui ſubmergūtur in aquis.
Aliqui cōburunt̄ igne: aliq ful-
gure: de celo miſſo in puluereꝫ
redigunt̄. Hij moriūtur morte
ſubitanea. illi ſuffocant̄ gutta.
Alij efficiunt̄ fatui. Alij leproſi
Alij laborant morbo caduco.
Alij varijs īfirmitatū generibꝰ
moriuntur iuſto dei iudicio. O
iuſtitia dei q̄ꝫ magna es: q̄ꝫ ſe-
uera: q̄ꝫ rigida: atqꝫ vīdicatiua
O peccatores timete deum. O
ſcelerati timete deū. O ſurdi ⁊
alienati ſenſibus: audite qđ dn̄s
dicit ꝯ vos ꝑut ſcribit̄ p̄s. Niſi
ꝯuerſi fueritis gladiū ſuū vibra
uit: arcū ſuū tetendit ⁊ parauit
illū. ⁊ in eo parauit vaſa mortiſ
ſagittas ſuas ardētibꝰ effecit.

TErtiū qđ ꝑncipaliter
occurrit ꝯtēplandum
circa timorē dn̄i. vocat̄
fructificatio. Duodecim nāqꝫ
ſunt fructus ⁊ vtilitates quas
conſequentur deum timentes.
¶ Primus nāqꝫ fructus dei ti
moris ē peccati expulſiuus. O
pctōr tu es in multis peccatis
mortalibuſ inuolutus. Si ergo
vis ea a te expellere: ⁊ cōſciam
tuā purā ⁊ nudā facere: time de
um. Pꝫ h̄ Eccl. i. c. Timor dn̄i
expellit pct̄m. ¶ Scđus fructꝰ
eſt ſcie generatiuꝰ. Si vis habe
re guſtū ⁊ ſaporē in rebus diui
nis: in orōnibꝰ in ꝑdicationibꝰ



immiſſis atqꝫ ī oībus que agis
time deū. Eccl. i. c. Radix ſapie
eſt timere deū. ¶ Tertiꝰ fructꝰ
eſt negligētie abiectiuꝰ. Vn̄ eſt
ꝙ pctōres ſunt tepidi: negligen
tes: ſomnolēti ad bn̄ ⁊ virtuoſe
opandū: qꝛ nō timēt deū. De-
clarat h̄ pſalmiſta. p̄s. xiij. di.
Nō eſt timor dei ante oculos
eoꝝ. Si ergo vis feruēter opera
ri: ⁊ die noctuqꝫ ī dei ſuitio ar
dere: time deū. Eccl. vij. c. Qui ti
met deū nihil negligit. ¶ Quar
tus fructus eſt mētis ſtabiliti-
uus. Sunt nōnulli: quoꝝ mēs
nunq̄ꝫ quieſcit: ſꝫ ſemꝑ volat: mō
ad hec: mō ad illa: nec vnū aue
maria pōt cū aliqua ſtabilitate
ꝑferre. Et h̄ ꝑcedit: qꝛ deū nō
timēt. Timete igit̄ deū. qꝛ mēs
vr̄a ſtabilis ⁊ firma fiet. Eccle.
xxij. Si nō in timore dn̄i tenue
ris te inſtāter: cito ſubuertet̄ do-
mus tua. ¶ Quintꝰ ē ſpūaliter
ditatiuꝰ. Pauperes vtiqꝫ ſunt
pctōres. Nullā virtutē hn̄tes:
nullā grām: nullū dei donū. O
magna miſeria: eſſe ſine grā dī
Timete igit̄ deū qꝛ magnū the
ſaurū ſpūale acqres. imo ⁊ tpa-
le. Vn̄ pſalmiſta. p̄s. xxxiij. Ti-
mete dn̄ꝫ oēs ſcti eiꝰ. qm̄ nō ē
inopia timētibꝰ eū. ¶ Sextꝰ eſt
bonoꝝ operū cumulatiuꝰ. Qui
timet deum: oī hora: oī ſeptima
na: oī die: oī mēſe: oī anno: opa
meritoria acquirit ⁊ acumulat.
Eccl. xv. Qui timet deuꝫ faciet
bona. Vn̄ Ber. Qui timorem
dei ſꝑ hꝫ pre oculis: vie eiꝰ pul-
cre: ⁊ ſemite eiꝰ pacifice. hec ille.
Qui vero nō timet ſꝑ de malo
ī peius cadere nō ceſſat. vn̄ Iſi
do. Vbi timor nō ē: diſſolutio
vite ē. Vbi timor nō eſt: ibi de
ſperatio ē. h̄ ille. ¶ Septimꝰ eſt
cordiſ dulcoratiuꝰ. Quid dulciꝰ
melle? Certe nihil ſic: qđ dulciꝰ
eſt q̄ꝫ deū timē: Eccl. i. Timor
dn̄i dlectabit cor. O q̄lis dulce
do timet̄ deū. ¶ Octauꝰ ē vite
ꝑlongatiuꝰ. Multa ⁊ q̄ꝫ plura
exponūt hoīes mūdani vt lōgā
vitā faciāt ⁊ tn̄ potiꝰ abbreuiāt.
Sed ſi deū timerēt: ſecuriores
eēt. Prouer. x. Timor dn̄i ap-
ponet dies. i. vitā faciet lōgiorē.
¶ Nonꝰ fructꝰ ē deuotionis ir
rigatiuꝰ. Quid ē timor dn̄i. niſi
qdā fons emanās: rores ſaluti
feros. qbꝰ mēs hūana refrige-
rat̄? Audi. Prouer. xiiij. Timor
dn̄i fons vite. ¶ Decimꝰ ē ma
li declinatiuꝰ. Dicūt. n. pctōres.
Ego vellē declinare ⁊ relinquere
malū. ⁊ tn̄ reperio me ſꝑ ī pctis
Neſcio vn̄ ꝑcedit hoc. Rn̄deo
qꝛ nō timetis deū. Si vis. n. nō
dū mala culpe. ſꝫ ēt mala pene
declinare. time deū. Prouer.
xiiij. Sapiēs timet ⁊ declinat a
malo ⁊ Prouer. viij. Timor dn̄i

odit malū. Unde Iſidoruſ. Timoꝛ expellit pctm̄: repꝛimit viti uiſſ: cautū facit hoīem atqꝫ ſolicitū. ¶ Undecimꝰ eſt pacificatiuꝰ. Vultis ne pacē habere o chariſſimi: timete deū. Proue. xvj. Qui timet p̄ceptū in pace verſabit̄. ¶ Duodecimus ⁊ vltimꝰ fructus timoꝛis dñi eſt vite eterne remuneratiuus. O q̄ꝫ magna: q̄ꝫ mirabilis merces p̄parat̄ timētibꝰ deū. Eccle.i. Timēti dñm bñ erit in extremis. Ecce duodecim fructus diuini timoꝛis. De quibꝰ audite quid Iero. dicat in tranſitu. Dū viuitis frēs timeatis deū p̄ncipiū ſapie timoꝛ dñi. Qui hic vicerit ſibi coꝛonabit̄: dū hac pelle tegimur: nulla eſt nobis certa victoꝛia. Si noſter genitoꝛ timuiſſet: nūq̄ꝫ cecidiſſet: p̄ncipiū oīū maloꝝ ſui p̄ſumptio. Qui nō timet: de ſe p̄ſumit. Quō iter latrones: qs onuſtus auros ſecurus gradit̄? Saluatoꝛ qd aliud docet niſi timere? Vigilate igit: qꝛ neſcitis qua hoꝛa fur venturus eſt. Nā ſi ſciret p̄rfamilias qua hoꝛa fur venturus eēt: vigilaret vtiqꝫ ⁊ nō fineret pfodi domū ſuā. Sumꝰ ille clauiger petrus: ſobꝛij inqt eſtote frēs: ⁊ vigilate: qꝛ aduerſariꝰ vr̄ dyabolus: tanq̄ꝫ leo rugiēſ circuit querēs quem deuoꝛet. Nemo iter ſerpētes cū ſecuritate habitat: Qui ſanctioꝛ ē ⁊ ſapiētioꝛ plus ſemp timeat. Nā q altioꝛ eſt: cadēs: maioꝛes caſus recipit. Timeatiſ frēs: iterꝝ rogo. Undiqꝫ timeatis: qꝛ beatꝰ eſt vir timēs deū. Et.n. ſi ꝯſiſtant aduerſum me caſtra nō timebit coꝛ eius. Si eſurrexerit i cū p̄liū in hoc ſpabit. Perfectus dei timoꝛ foras vanū mittit timoꝛē: timoꝛē vanū nō hꝫ charitas. Charitas ⁊ timoꝛ dei vnum ſunt. Cōſiderās h̄ ꝓpha dicebat. Cōfige timoꝛe tuo carnes meas: hec ille. Scti ēt timēt: q̄ꝫto magis pctōres debēt timere. Legit̄ in vitiſ patrū: q͛ cum abbas Agathon moꝛiturus: aptis oculis: ꝑ tres dies ſtaret imobilis: ⁊ frēs peterēt: abba vbi es: ⁊ ip̄e r̄nderet: ī ꝯſpectu oīū iudicis aſſiſto: ⁊ illi dicerēt: ⁊ tu times. R̄ndet: virtute qua potui laboꝛaui i cuſtodiēdis mādatis dei: ſꝫ hō ſum: ⁊ neſcio vtrū opa mea placuerint deo: qꝛ alia ſunt iudicia dei ⁊ alia hominū. Studeat ergo q libet ſiue bonꝰ ſiue malus dei timoꝛē in coꝛde ſculptū habe̅t. De quo diffinitionē declaraui tria inducētia ad ipſum adduxi ⁊ duodecim eius mirabiles fructus enumeraui. Preſtāte dño noſtro ieſu chꝛiſto qui ab omnibus timendus eſt: hic per grāꝫ



⁊ in futuro per gloꝛiā: qui viuit in ſecula ſeculoꝛum. Amen.

¶ Feria.iiij. dñice paſſionis.
De religione. Sermo. xliij.

Oues mee vocē meam audiunt. Ioā. xi.

Quāuis oīpotēs deus homī in hac vita exiſtēti diuerſa gratiaꝝ munera ꝯtulerit: nihilominus: p̄cipuū ⁊ ſingularꝰ donū: quo qs poſt baptiſmū donari pōt: eximio eſſe: vt ad calcādū mūdū: terrenaſqꝫ voluptates inducat̄: ⁊ ad paſcua virentia ſancte religionis cōducat̄. Hoc eſt.n. illa felix beataqꝫ vita in qua ſtatus eſt oīum virtutū atqꝫ pfectionū. Hec eſt in quā ſcala quā p̄riarcha Iacob ꝯtēplabat̄. Hec deniqꝫ nauis eſt xp̄i: qua tranſactis mūdanis fluctibꝰ: ad beate ſempiterneqꝫ vite poꝛtū: ſecura nauigatione trāſimus. Hinc ⁊ ſaluatoꝛ huiꝰ ſacre religiōis caput ⁊ princeps aiebat. Si vis ꝑfectus eſſe vade ⁊ vēde oīa que habes ⁊ da paupibꝰ ⁊ ſequere me: ⁊ hēbis theſauꝝ magnū in celo. Hec.n. vita eſt: qua religioſi oues xp̄i efficiunt̄: qꝛ audiunt vocē eiꝰ ⁊ cū ſequūt̄. Iō de ipis ait. Oues mee vocē meā audiūt q ſūt v̄ba in euāgelio recitata. In quo tria documenta hēmꝰ. ¶ Primū nāqꝫ documētū ē: q͛ edocemur: ꝯſiliū nō debē fieri cū feſtinatiōe: neqꝫ cū ira ⁊ inſipiētia: iudeoꝝ moꝛe. Sꝫ cū maturitate: cum pꝛudētia ⁊ mētis trāquillitate: vt rectū eſſe poſſit. Hoc tangit̄. p̄te.i. Collegerūt ⁊c̄. ¶ Scdꝫ documentū ē: qꝛ lꝫ hō ſit m̄ltis ſceleribꝰ iuolutꝰ: nihilominꝰ: ſpūs ꝓpheticꝰ illi q̄nqꝫ dat̄: ⁊ marie qn̄ eſt in aliquo dñio vel offō ꝯſtitutꝰ: ſic̄ appet in Cayphā. Hoc pꝫ ibi. Unus aūt ex ipſis noīe ⁊c̄. ¶ Tertiū docu. eſt q͛ iuuenes qui volunt relīquē mūdū: debēt ſe colliger̄ cū aplīs. i. cū ꝑuis xp̄i: ⁊ cū ipſis ſeq dñm ieſū in deſertū pnīe ⁊ ſancte religiōis. Pꝫ ibi. Ieſus abijt in regionem iuxta deſertum ⁊c̄. De qua religione tria videbimus.

¶ Primo religiōis igreſſionē.
¶ Scdō religiōis decoꝛationē.
¶ Tertio religiōis electionem.

¶ Primo ꝯtēplari debemꝰ religionis ingreſſionē. Seculares negocijs mundanis iplicati: nō guſtantes que ſunt ſpiritus dei: ſolent: vt ſepe numero ſum expertus: ꝑturbari: ⁊ queruloſe lamētari qn̄ iuuenes a deo inſpirati religionē ingrediuntur. Dicūt.n. q͛ male ⁊ idiſcrete faciūt religioſi: q tā faciliter recipiunt vos ad habitū religiōis: ⁊ permarie nō hito ſup h̄ maturo ⁊

diuturno conſilio a parentib⁹ ꝛ
amicis. Qua i re:merito dubiū
ꝓponiẗ diſputandū:ſub tali ver
boꝝ forma. Vtrū volēs ſctām
religionē ingredi:ꝛ ei⁹ ſacrū ſu
ſcipere habitū:teneaẗ prius ꝯſu
lere parentes ꝛ amicos. Huic
qōni Rñdet.ſ.doc.ſa ſe.q.vlti.
ar.vlti.di. Juuēis ſpūſctō affla-
tus vt ſeculū relinq̄t ꝛ religionē
ingrediaẗ:nullomō ſup hoc te-
neẗ petere ꝯſiliū. Qđ ſic ꝓbaẗ.
Illud qđ eſt determinatū: luci
dū atq3 clarū:nō indiget ꝯſilio
aliorū. Pz hoc p monarcham
Phoꝝ Ariſto.in.iij.li.Ethi.di.
Diuturna deliberatio ꝛ multo
rū ꝯcilia reqrunẗ i magnis du
bijs. In his aūt que ſunt certa
ꝛ determiata nō reqriẗ ꝯſiliū:h
ibi. Sz igreſſus ꝛ ꝓpoſitū igre-
diēdi religionē:eſt certiſſimū ꝛ
determinatiſſimū ꝙ eſt melius
bonū q̄3 in ſeculo remanē. Nā
talis igreſſus ꝛ ꝓpoſitū ē a deo
q2 vt ibidē dič. Doc.ſ.ꝓpoſitū3
de igreſſu religiōis: vt dič glo.
ꝑuie. Theſa.vlti.nō idiget ꝓba
tiōe an ſit a deo:q2 certa idigēt
diſcuſſiōe:l3 ex pte recipiētium
examinād⁹ ꝛ ꝓbād⁹ ſit. Et in q̄
libet.iij.igt. Propoſitū igrediē
di religionē ē a ſpūſctō. vñ xp̄s
iſpirās ꝛ ꝓuocās quēdā adolo-
ſcentē. Mat.xix.ait. Si vis ꝑfe
ctus eē vade ꝛ vēde oia que ha
bes ꝛ da pauꝑib⁹:ꝛ veni ꝛ ſeq̄-
re me. Nō aiẗ ſaluator: vade ꝛ
ꝯſule. Et Mat.iiij. Venite p⁹
me ꝛ faciā vos fieri piſcatores
hoiu3. Ecce iſpiratio ꝛ vocatio
diuis. At illi ꝯtinuo relictis re-
tib⁹ ſecuti ſunt eū. Ecce ꝓmpti-
tudo ꝛ celeritas ꝓpter religiōis
ꝛ ſequelle xp̄i certitudine3: que
ꝯſilio nō indiget: vt Chri.dicit
Talē obediētiā q̄rit a nobis: vt
neq3 inſtanti tp̄e remoremur.
Vñ Aug.in li.de vbis dñi di
cit. Vocat te oriēs.i.xp̄s ꝛ tu at
tēdis occidentē.i.ad hoie3 mor
talē ꝛ errare potentē. Ex iā di-
ctis ſequiẗ:ꝙ igrediēs religionē
cū a ſpūſancto ducaẗ:nullo ꝯſi
lio indigeat:q2 ē certus. S3 q̄
primū ſpūs tāgit eū:prompti
me ꝑgere debeat ſm vocatiōe3
qua glioſus de⁹ eū vocat. Pro
pterea Jero.in ep̄la ad Pauli
nū. Feſtina queſo te ꝛ herētis in
ſalo nauicule:funē magis p̄cide
q̄3 ſolue: hec ille. Vñ ꝛ Vrba-
nus papa in.ca. Scti ruffini ꝛ
habeẗ in decre.xix.q.ij.ca. Due
ſunt dič. Si qs i eccl̄ia ſua ſub
ep̄o pplm retinet: ꝛ ſeculariẗ vi
uit:ſi afflat⁹ ſpūſancto:in aliquo
mōaſterio:vł reglari canonica
ſaluaẗ ſe voluerit:q2 lege p̄uata
duciẗ:nł'la rō exigit: vt a lege pu
blica ꝯſtrigaẗ. Dignior.n.ē lex
p̄uata q̄3 publica. Spūs qđē di



lex eſt. Et q ſpū dei aguntẗ:lege
dei ducūẗ. Et qs ē qui poſſit di
gne reſiſtē ſpūiſancto? Quiſqs
igiẗ hoc ſpū duciẗ:ēt ep̄o ſuo ꝯ
dicente erit liber nr̄a auc̄te. Ju
ſto.n.lex nō eſt poſita. Sed vbi
ſpūs dei ducimini nō eſtis ſub
lege:h ille. Idē habeẗ in.c. Lic3
circa p̄ncipiū.extra de regulari
bus ꝛ trāſeūtib⁹ ad religione3.
Ecce clare ꝓbatū eſt:ꝙ religio
eſt tm̄ i ſe bonū: vt nō ſit neceſſe
ꝓ ingreſſu ei⁹ ꝯſiliū petere:tn̄ ſi
doctorib⁹ xp̄ianis nō vis adhi-
bere fidē:ſaltē audi Ari.i lib.de
bona fortuna. His q mouētur
ꝑ iſtinctū diuinū nō expedit ꝯſi
liari:ꝑ rōnē humanā:ſed ſequē
tur interiorē iſtinctū:q2 mouē-
tur a meliori principio q̄3 ſit rō
humana:h ille. Tm̄ iſup eſt bo-
nū ſacratiſſime religiōis vt cer
tiſſimū ſit:ꝙ excedat bonū voti
ꝑegrinatiōis terre ſancte. Vñ
Alexāder.iij. vt habeẗ extra de
voto ꝛ voti redēptiōe.c.ſcriptu
re.d. Reus fracti voti aliquate
nus nō habetur:qui tꝑale obſe
quiū:in ꝑpetuā noſcitur religio
nis obſeruantiā cōmutare:hec
ille. Cū illud ſit ꝑpetuū:illud ve
ro tꝑale. Adeo grāde bonū ē vt
eā ingrediēdi nō iponaẗ pnia ð
peccatis p̄teritis:ſicut p3 in de
cre.de pe.di.i. His auctoritati-
bus. Et extra de regula.c. Scri
pture. S3 de cōmiſſis in religi
one bñ iponiẗ pnia: vt extra de
regula.c. Vlti. Et de ſen.exco.
c. Cū illoꝝ. Sed audi alti⁹. Ta-
lis.n.religionē ingrediēs: ꝯſe-
quiẗ plenā remiſſionē oiu3 pec
catoꝝ:ne dū quo ad culpa3:ſed
etiā quo ad penā ſič dič.ſ. doct.
in.iiij.ſentē.d.iiij.q.iij.ar.iij.ꝛ in
ſa.ſe.q.vlti.ar.iij. Si.n.inquit
aliqbus elemoſynis factis: hō
pōt ſtatim ſatiſfacere de pecca-
tis ſuis ſ3 illud Dañ.iiij. Pec
cata tua elemoſyniſ redime:m
to magis in ſatiſfactiōe ꝓ oib⁹
pctis:ſufficit ꝙ aliquis ſe totali
ter diuinis officijs mancipet ꝑ
religionis ingreſſum:que exce-
dit omne genus ſatiſfactiōis:ꝛ
publice pnie: vt habeẗ. xxxiij.q.
ij. Admonere. Sicut etiā holo
cauſtum excedit ſacrificium: vt
Greg. dicit ſuper Ezech. vñ in
vitis patrū legiẗ:ꝛ candē grām
ꝯſequunẗ ingredientes religio
nē:quā ꝯſequenẗ baptizati h.ſ.
Tho. Et in Autētica. de mona
chis in p̄ncipio. Coll.prima di
ſic. Cōuerſatiōis mōachał vita
ſic eſt honeſta: ſic cōmēdaẗ no
uit deo:ad hoc venientē hoie3:
vt oēm.qdē humanā eius ma-
culā detergat. Vbi glo.dicit.oē
pctm̄ dimittiẗ per ingreſſum re
ligionis. Idē habeẗ a Stepha-
no papa.v.xxxiij.q.ij.c. Admōe

re circa mediū ibi ingredē. Si
milit in Glo. Adhuc alti⁹ audi.
Si qs in ſacratiſſima religiōe:
vſqʒ ad ſuppremū ſpm̄ pſeuera
uerit cū obſeruatiōe ꝓfeſſionis
ſue.corpe vitā cū morte.cōmutā
re.ad choꝝ angeloꝝ.ſeptimuʒ.ſ.
thronoꝝ merito aſſumet̃ fulgi-
dis ſertis redimit⁹.oi tpe mūdi
Hoc ꝟo ꝓbat̃ ꝑ ſaluatorē. Lu.
c.xxij.dicētē. Diſpono vobis vt
ſedeatis ſup thronos.vñ Jero.
Oēs qui ad exēpluʒ apoſtoloꝝ
ſua reliquerunt ꝓrimo.iudica-
bunt cū eo.hec ille. Et Matth.
xix.ait xp̄s. Uos q ſecuti eſtis
me.in regeneratiōe cū ſederit fi
lius hoīs in ſede maieſtat̃ ſue.
ſedebitis ꝛ vos ſuper ſedes.xij
Judicantes.xij.tribus iſrael. O
q̄ʒtus honor. O q̄ʒta gloria. O
qualis triūphus erit religioſis
cū xp̄o totū iudicabūt munduʒ.
Si vero talis diuini verbi fue-
rit annūciator.collocabit̃ nō im
merito in cherubinoꝝ glorioſo
choro. Nā iuxta Gregorij ſen
tentiā.cherubin plenitudo ſcie i
terp̄tat̃.vñ ꝛ Dañ.xij. Qui aūt
docti fuerint fulgebūt q̄ſi ſplen
dor firmamēti. Et q ad iuſticiā
erudiūt multos q̄ſi ſtelle.i ꝑpe-
tuas cinitates. Si āt ſpū feruēs
ꝛ accēſus in diuio amore extite
rit.inter ſeraphin.locū ſortietur
Interpretat̃ enim ſeraphin ar-
dens ſiue accēſus. Nemo igr̃
veſtrū ꝑturbet̃ nemo murmu-
ret.cū videt iuuenes religioneʒ
ingredi.ſine parentū aut amico
rum ꝯſilio.qꝛ certiſſimū eſt re-
ligionis bonū ꝛ a deo iſpiratū.
Uos vero. O iuuenes cur nō
relinqtis ſeculū? Cur nō volat̃
ad tam optimū ſtatū. Cur tan-
tam nō apprehenditis ꝑfectio-
nē. Cur nō ſequimini diuinaʒ
vocationē. Cur ſpiritui ſancto
ꝯſenſum nō prebetis. Cur ei re
ſiſtit̃. Cur vr̄a corda nō emolli
untur. Uenite ha boni figlioli.
Uenite nihil dubitantes.letan
ter ingredimini religioneʒ. Sʒ
forte dicet aliqs veſtrū.faceꝛʒ
qd̄ hortaris.ſed habeo parētes
quorū amore ꝛ affectu īpedior.
Audi mi fili Jero .tibi rn̄dentē
ſicut ſcribit ad Heliodoꝝ i epi
ſtola vbi ſic ait. Licet paruulus
ex collo pēdeat nepos.lʒ ſparſo
crine.ꝛ ſciſis veſtibus vbera q̄-
bus te nutrierat mater oſtēdat.
licet in limine pater iaceat ꝑcal
cato pērge patre.ſiccíſqʒ oculis
ad vexillū crucis euola. Solum
pietatis genus eſt in hac re eſſe
crudeleʒ. Ueniet veniet poſtea
dies.quo victor reuertar̃ ad pa
triam.quo ꝑ ieruſalem ciuitatē
celeſtē vti vir fortis coronatus
incedas. Tunc municipatū cū
paulo capies.tunc parētib⁹ tuis



eiuſdeʒ ciuitatis ius petes.tunc
ꝛ pro me rogabis qui te vt vice
reſicitaui. Et infra. Facile rum
pit hec omnia amor xp̄i ꝛ timor
gehēne. Gladiū tenet hoſtiſ vt
me perimat:ꝛ ego de matris la
chrymis cogitabo.hec ille. Re-
linque ergo patrem carnalē fili
mi ꝛ ſequere patreʒ deū qui cū
cta creauit:qꝛ magis obligaris
ſue maieſtati q̄ʒ patri tuo ꝛ ma
tri tue carnali:oē bonum qd̄ tri
buūt nobis pentes carnales ac
ceperūt a benigniſſimo deo pa
tre omnium creaturarū. Quid
boni habemus qd̄ nō ſit a deo.
Ipſius nāqʒ ē anima.corp⁹. di
uitie.celum.terra.ꝛ omne bonū
prout.p̄s.cātat.di. Dñi ē terra
ꝛ plenitudo eius :orbis terrarū
ꝛ vniuerſi q habitāt in eo. Uol
ta le ſpalle al tuo padre. Laſſa
la toa madre lachrymāte:q̄ te a
religionis ꝓpoſito fletib⁹ꝛ ſin-
gultib⁹ adducere conat̃. Audi fi
li mi exemplū perpetua memo
ria dignum iuuene quodā ale-
mano.antiquitate ſanguinis ſu
me decorato.diuitijs ꝛ ſeculari
gloria illuſtrato. Cui⁹ pat vt legi
tur i libro d̄ apib⁹ i alemāie par
tib⁹ marius priceps ꝛ om din⁹
erat. Hic vero iuuenis vt ſibi
cōpararet:liberalium artiuʒ ſtu
dij exercitatione peritiā:ad ciui
tatem pariſienſem annuēte pa-
tre ſe tranſtulit. Ubi aliquo tē-
pore commoratus:itellexit parē
tem vitam cum morte mutaſſe
Uidēs vero predicatorum or-
dinem:moribus vita ꝛ ſanctita
te ſumma florere:ad magiſtruʒ
Jordanē.qui prefati ordinis ge
neralis fuit cū deuotione acceſ
ſit:ꝛ ex eius manibus:religiōis
prefate habitū ſumpſit. Hoc au
diens mater:que vidua reman
ſerat:cū apparatu ſolēni:maxi-
maqʒ pompa pariſius ad filiuʒ
videndū acceſſit. Quē vt habi-
tū vili ꝛ humili indutū aſpexit:
adhortari cepit:vt religiōe di-
miſſa:ſecū repatriare ꝛ pricipa-
tū a patre dimiſſuʒ ſuſcipe velit
lachrymas ꝛ ſingult⁹ precib⁹ ad
iungēſ:quā animo magnanim⁹
xp̄i miles:fili⁹:vʒ:plorātē ac flet̃
bus ora rigātē aſpiciēs:ad quā
dam feneſtrā vitreā ſe ꝯuertit:
que erat in capella in qua cum
matre colloquebat̃. Et ꝯuultus
in illā. Saluatorē generis hu-
mani i cruce pendentem:eiuſqʒ
matrē ꝛ Joanneʒ euangeliſtā:
hincinde collocatos: dixit ma-
tri. Cui⁹ ſunt imagies ſeu pictu-
re iſte? Cui illa xp̄i inqt Jeſu:
virginiſqʒ ſctiſſime:ac diui Joā
nis. Et fili⁹ diuini amoris igne
ſuccēſus ait. O genitrix amātiſ
ſima. Scio ꝙ nunq̄ʒ repta fuit
aliqua mat:que filiū tantū pro-

ſequeretur. amore: ſicut beata
virgo ieſum bñdictũ. Et tñ cuz
eſſet paupcula: eam xp̄s dereli
quit ⁊ lignum crucis aſcēdens:
morte turpiſſima redemit pctõ
res. Qua re diſcede hinc mater
mea cũ tuo comitatu: qr creato
ri meo volo deſeruire. Dimiſſa
igit matre diſceſſit: ⁊ ad mona
ſteriũ rediens: toto vite tēpore
religioſiſſime vixit. Qui ergo a
deo vocatur ſine tot conſcilijs
chriſti crucem ſuſcipiat ⁊ habi-
tũ religionis inducat: ⁊ ſic eſt fi
nis prime partis.

Secundo principaliter religionis ↄtēplari de bemus decorationez. Multi varijq3 ſunt ornatus: pulchritudines: triũphi ⁊ excel- lētie ſacratiſſime religionis: ſed vt breuitati ſtudeam: quattuor tm̃ explicabo: quorũ primus di citur triumphus.

¶ Triũphus depurationis.
¶ Scd̃s dr̃ triũph[9] ~~purgatiõis~~. ꝑfectionis
¶ Terti[9] dr̃ triũph[9] meritatõis.
¶ Quartus dicitur triumphus defenſationis.

¶ Prim[9] nãq3 triũphus: orna tus: decor: ⁊ excellētia religiõis ē triũph[9] depuratiõis. Hũc po nit deuot[9] Ber. ſup illõ Mat. xvij. Bonũ eſt nos hic eē. ſ. i re- ligiõe. qr hõ viuit purius. Vñ ſ. Doc. in p̃mo ſen. di. xvij. ⁊ di. xliiij. dicit q̃ prauitas intēditur ⁊ augmētat per receſſum a con trario. B. Albertus magnus ſu per miſſus eſt. dicit: q̃ prauitas ſpũalis eſt maior ſm̃ maiorem ↄueniētiã ad ſummã lucē ſpũa lē: que eſt deus. Sz hoc ergo pu rior eſt aĩa ſenſibilis: q̃z vegeta tiua: aĩa rõnalis q̃z ſenſibilis: ãgelus q̃z aĩa rõnalis: ⁊ hoc ſz naturã: ſm̃ vero gratiã que eſt q̃ſi lumen creatum procedēs a lumine i creato. Vbi maior eſt pticipatio gr̃e: ibi maior eſt ad p̃mũ lumē ⁊ ad p̃mam lucē ap propinquatio. ergo vbi gr̃a in ſũ mo: ibi appropinquatio in ſum mo ⁊ puritas in ſummo. Tunc ſic. Quãto magis aliqs recedit a pctõ ⁊ magis appropinquat deo: qui eſt ſumma puritas: tã to magis purior: iuſtior ⁊ ſan ctior efficit. Sz i religiõe viuen tes magis recedũt a pctõ ⁊ ma gis appropinquãt: q̃z ſeculares i ſeculo manētes. Ergo religio ſi magis purificãtur: ⁊ maioris ſunt puritatis ⁊ gr̃e: q̃z ſeculares Minorē ꝓbat Ber. dicēs. In monaſterio eſt vita ↄtēplatiua: in ſeculo eſt vita laborioſa. In monaſterio eſt vita ſancta. in ſe culo eſt criminoſa. In monaſte rio eſt vita ſpũalis. In ſeculo ē vita carnalis. In monaſterio ē vita celeſtis. In ſeculo eſt vita



terreſtris. In monaſterio ē vita geta. In ſeculo eſt vita turbulē ta. In monaſterio eſt vita tran q̃lla. In ſeculo eſt vita ↄtētioſa. In monaſterio eſt vita pacifi- ca. In ſeculo ē vita iurgijs ple- na. In monaſterio ē vita caſta In ſeculo ē vita luxurioſa. In monaſterio ē vita plena virtuti b[9]. In ſeculo ē vita plena vitijs. In monaſterio ē vita ſctitatis. In ſeculo ē vita iniq̃tatis. h ille. Et qs p̃t explicare inumerabi- lia pctã mortalia: qb[9] ſunt ↄglu tinati ⁊ imerſi miſeri mũdani: ſ rapina mēdatia piuria: fraudes vſuras: rapinas: furta: homici- dia: diſcēſiones: odia: vīdictas: rãcores: ⁊ imũditias i q̃libet ge nere: detractiones: irriſiones: murmuratiões: iras: iuidias: ſu ꝑbias: infidelitates: ⁊ reliqua: a qb[9] religioſi: oino p ingreſſum religionis: iã receſſerũt ⁊ appro pinquauerunt ſumme puritati deo: purificãtes ſe p ↄtritionez: ↄtinuam ⁊ cõfeſſionē frequentē toto tēpore vite eox meditãtes cõtēplãtes. loquētes. audientes ſpũalia ⁊ celeſtia: nouas recipiē tes gratias. nouas illuminatio nes. noua dõs. nouo ſpũ. nouos feruores. nouas inſpirationes. Venite ḡ filij vt tã altã purita tē mētis ⁊ corporis cõſeq valea tis. ¶ Scd̃s triũphus religiõis dicitur perfectionis. Qd̃ ſic pro bat. Ille ſtatus q ſingulariter Imitat vitaz ſcõx apoſtolox ē ꝑfectiſſimus. Nã ſtat[9] aplicus tenet ſupremũ gdũ iter oēs ali os ſtat[9]. Probat hoc. ſ. Doc. ſu per illud. Cõſtitues eos p̃ncipes ſup oēz terrã. ps. Eructauit. di. Sic hrē virgini: nulla mulier cõ parat: ita nec aliqs ſanctus põt aplis ↄparari nec adequari. Et ſup illõ apli. Ro. viij. Nos ãt ipi p̃mitias ſpũs hñtes. dicit. q̃ apli ſũt oib[9] alijs ſcis q̃cũq3 p̃- rogatiua ꝑfulgeãt: ſiue virgini- tatis ſiue martyrij ꝑferēdi: tãq3 abũdãti[9] ſpũz ſcũm hñtes. Et ephe. i. c. dic. Per h reprobat te meritas eox q volunt ꝑponere vl' eq̃parare aliquē ſctũm ipſis aplis: q fuerũt ꝓpoſiti vt eſſent fundamētũ eccl'ie. h ille. Sz ſta ſtus religiõis ſingulariter imi- tat ſtatũ aplox. Pz p Gre. xvi. q. i. c. Ex auctoritate. Apli. n. oia reliq̃rũt. Mat. xix. Ecce nos re liqm[9] oia ⁊ ſecuti ſum[9] te. Sic religioſi oia reliquũt vt ſequant xp̄m. Vbi nõ. q̃ vt dicit. ſ. doc. i ſcd̃a ſcd̃e. q. clxxxvi. ar. vij. ſcd̃z cũ pho. i. ethy. tria ſunt bona q̃ hz i hoc mũdo. Primũ bonuz ſunt diuitie pecunie: poſſeſſiões aialia: parentes filij. vxor. ſoror. fra ter. Et iſta oia offert religioſus deo: p votũ volũtarie paupratꝭ

3 ſũt bona i h' mũdo

vt nullo mō liceat amplius hēre
aliqd ꝓpriū: vt dicit Aug. i re-
gula. xij. q. i. Nō dicat aliqd ꝓ
priū: ſꝫ ſint vobis oia cōia. Re
ligio oia fac cōia. Cōe ē veſtim
tū. cibus. vinū. oleū. ſal. refectoriū.
lectus. ignis. aq̄. cogna. ſotulares.
faccōeſ. ſclauine. libri. elemoſine
carte gladij. calami. Et breuiter
oia ſūt cōia: i tm̄ vt ſi qs appro
priaret ſibi vnā cartā: vl pēnaꝫ.
vel acū: occultādo ea ſuo plato
mortalr peccaret. Vñ Aug. in
regula. Si qs rē ſibi collatā ce
lauerit furti iudicio condēnet.

Nota hoc

Nec pt platus diſpēſare i voto
paupꝑtatis vt pꝫ ex de ſtatu mo
na. c. Cuꝫ ad monaſterium. ibi.
Nec exiſtimet abbas q ſupba
hēda ꝓprietate poſſit cū aliquo
monacho diſpēſare: qꝛ abdica-
tio ꝓprietatis: ſicut ⁊ cuſtodia
caſtitatis: adeo ē ānexa regule
mōachali: vt ꝯ eā nec ſummus
pōtifex poſſit lnīam idulgere. h
ibi. ¶ Scdꝫ bonū ē bonū cōpiſ
ꝓprij: vt delicate viuere: luxu-
riari: delectari i diuerſis dlecta
tionibus. hoc bonū itrās religio
nē offert deo ꝑ votū ꝯtinētie ⁊
caſtitatis: quo voto abrenūciat
maximis delectationibus corpiſ
Vñ religioſus i caſtitate viuēs
āgelus vtiqꝫ ē. Caſtitas eſt illa
āgelica virtus: q̄ ſola cū fiducia
pt aias deo pñtare. In autenti
ca de lenonibus. §. Sancimus
col. iij. ¶ Tertiū bonū ē bonum
aie. ſ. libera voluntas: ꝑ quā hō
vtif oibus potentijs ⁊ hitibus aie.
Hoc maximū bonū ⁊ ſupmū.
libera. n. volūtate vnuſqſqꝫ fac
qđ vult. Sꝫ hoc bonū offert re
ligioſus deo ꝑ votū ſctē obediē
tie: ligās ſe i manibus platorum
ſuoꝝ: vt nunꝙ liceat ampli9 facef
aliqd ꝯ volūtatē plati. Hec igf
ſunt tria vota: qbus religioſi ſta-
tū ⁊ ꝑfectionē apoſtolicā imitā
tur. Hec ſunt fundamēta ⁊ ba
ſes aplice ꝑfectiōis. Iō religio
ſi pñt vocari apli: quo ad imita
tionē: qꝛ vitā aplicā māu tenēt
⁊ ꝯſeruāt. Ex his igif oibus ſeq-
tur ꝯcluſio. ſ. Ergo ſtatus religio
nis ē ꝑfectus. Declarat hec pri
mus prior oium religionū dns
ieſus xp̄s. Mat. xix. c. Si vis ꝑ
fectus eē. Vade ⁊ vēde oia q̄ hēs
⁊ da paupibus ⁊ habebis theſau
rum in celo: ⁊ veni ſequere me.
Et. ſ. Doc. i ſcđa ſcđe. q. clxxxvi.
ar. i. dicit. Religio noiat ſtatum
ꝑfectiōis. Et iteꝝ. xij. q. clij. ar.
v. dicit. Status religionis ꝑfert
clericis ⁊ virginitati ſecularium.
Inſup idē doc. vt. s. q. clxxxiiij.
dicit. Status religioſoꝝ ꝑfert
ſtatui curatoꝝ ⁊ archidiacono-
rū. Venite igif filij accipite tri-
umphū religiōis: q̄ ē ꝑfectio vi
te aplice. ¶ Tertius ſacre religio



nis triūphus eſt meritatiōis. ſ.
Doc. i. iij. di. xv. q. i. ar. iij. q. iiij.
Et in. iij. di. xviij. ar. ii. q. v. dicit.
Meritū ē actio q̄ iuſtū ē: vt agē
ti aliqd obeaf. Et i. ſa ſe. q. cxiiij
ar. iij. Meritū ꝯſiſtit in hoc: ꝙ
hō ꝯtēptis creatis iħereat deo.
Et i pria ſcđe. q. cxiiij. ar. viij.
Et. ij. ſen. di. xxvij. ar. v. Nō q̊
libet actu meritorio meref aug-
mētū gr̄e: ſꝫ nō ſtatiꝫ augef. Et
in. ij. ſen. d. xxiiij. q. i. Et i. iij. ſen.
di. xviij. ar. v. Ois actus iforma
tus gr̄a ē merito: ius. Et in prima
par. q. lxij. ar. v. Et i pma ſcđe. q.
cxiiij. ar. vij. ſa ſe. q. xxiiij. ar. vi.
Quilibet actus charitatis mere-
tur vitā eternā ⁊ augmētū cha
ritatis. Tunc ſic. Quicūqꝫ cōtē
nit mūdū ⁊ iħeret deo: quolibꝫ
actu meref gloriaꝫ paradiſi: pꝫ vt
ſupra. Sꝫ igrediēs religionē cō
tēnit mūdū ⁊ iħeret deo. Ergo
religioſus quolibꝫ actu ipa cha
ritate iformato: ſemꝑ meretur
gloriā paradiſi. O quotiēſ religio
ſus i die meref ſempiternā glo
riā. Exiſtio eni i religiōe nr̄a: ꝙ
religioſus ꝯtinuās cōia: vt dili
gent iquiſiui q̄libꝫ die qnquagi
ta vicibus meref vitā eternā. de
manifeſtis loquor abſqꝫ eo qđ
meref i cōſulēdo: predicādo: cō
feſſiones audiēdo: accuſādo ſe i
capitulo ⁊ alios actus ⁊ deuotōeſ
particulares faciēdo i occulto.
Sꝫ quotiēs in ebdomada reli-
gioſuſ meref vitā eternā. cccl. vi
cibus. Sed quotiēſ i mēſe? Audi
admirāda. Quolibꝫ mēſe mere
tur paradiſuꝫ. m. cccc. vicibus. In
anno Xo quotiēs credis mere
tur vitā eternā bonus religioſus?
Dico rem inauditā. Sexdeciꝫ
milibus ⁊ octingentis vicibus.
Propterea Iero. ad Heliodo
rū i epła ꝯ ꝯtēptu mūdi ait. O
deſertū floribus xp̄i vernāſ. O
ſolitudo in qua illi naſcuntur la
pides de quibus in apoc. Ciuitas
regis magni ꝯſtruitur. O reli-
gio familiarius deo gaudens.
hec ille. O religio glorioſa. O
vita apoſtolica. O ſtatus perfe
ctus: ſtatus certus: ſtatus deo
gratiſſimus: ſtatus in quo totiens
⁊ cōtinue acqrif lucrū ineſtima
bile: theſaurus ꝑcioſiſſimus: mer
cātia nō terrena ſꝫ celeſtis ⁊ di
uina. Ad hūc ſtatuꝫ venite filij,
ad hūc euolate: queſto alacrita
te: queſto dolcemente ſtringite.
Expergiſcimini: aperite oculos:
excutite torporem: negligentiā:
ſomnolentiam: vt ditiſſimi effi
ci valeatis. ¶ Quartus triūphus
ſacre religiōis ē triūphus dſen
ſiōis. ſ. Doc. in. iij. contra gē. Et
in prima pte dicit. Diuina pro-
uidentia non ſolū gubernat ma
iora ſꝫ ēt minima: ⁊ vnicuiqꝫ ꝓ
uidet: ⁊ oēs ꝯſeruat: gubernat.

⁊ defendit. paganos. ſ.iudeos.
turchos.pctores : iuſtos ⁊ iniu-
ſtos.⁊ cuilibet creature rationa
li:dedit ⁊ dat angelū ſuū in cu-
ſtodiaꝫ ⁊ gubernationē.ps. An
gelis ſuis mandauit de te vt cu
ſtodiāt te in oibus vijs tuis.Si
ergo deus gubernat:ꝯſeruat ⁊
defendit minima : gubernat ⁊
defendit ſuos mortales inimi-
cos:quanto magis gubernat ⁊
defendit religioſos:q ſunt ſui fi
lij:ſui amici:ſui ſecretarij.Reli
gioſi p̄dicant ⁊ docent deuꝫ eē
timēdū:honorāduꝫ:amandū:ſe
quendū.Religioſi exēplo ⁊ do
ctrina pugnāt ꝯ munduꝫ cōtra
carnē:ꝯtra dyaboluꝫ.Et quic-
quid boni fit mūdo religioſi ſūt
cā.Propterea deus glorioſus
eos defendit ⁊ gubernat dat eiſ
āgelos ⁊ ſctōs diuerſos defen-
ſores ⁊ patronos.Ordo noſter
ſpecialem patronam ⁊ ꝓtectri-
cem habet ſuaꝫ glorioſiſſimam
mrēꝫ.Ipa ſacratiſſima Vgo ap
paruit cuidā fratri nr̄o vt habe
tur in vitas fratrum.d.Et ſi de
omnibꝰ religioſis cura ſit mihi:
tamē ſpecialiter ipetraui a filio
meo pro ſingulari ꝑuilegio:ha
bere curā ⁊ gubernationē huiꝰ
religionis:vt pꝫ in multis locis
in vitas fratrū nr̄oꝝ.O felix re
ligio que talē ac tantā mereris
habere ꝓtectricē.Similiter an
geli defendunt hunc ordinem.
Exēplū in vitas fratrū ordinis
p̄dicatoꝝ habetur.Qđ legiſta q
dā bononiēſis ciuis:intrauit or
dinem:quē cum de domo car-
nales amici eius vellēt violēter
extrahere:timētibꝰ fratribꝰ ⁊ vo
lentibus mittere ad quoſdā mi
lites patronos vt defenderent
domū.ait.b.Dn̄icus.Nō indi
gemus auxilio militum:qꝛ ego
plus q̄ ducētos angelos video
circa eccleſiaꝫ:qui miſſi ſunt ad
cuſtodiam fratrum.Receſſerūt
ergo illi:nutu diuio territi ⁊ cō
fuſi:⁊ nouitius conſolatus per
manſit.Gubernat etiaꝫ deus
ipſos religioſos in cibo ⁊ potu
in veſtimētis:in calciamētis:in
ſanitate:in infirmitate:in domi
bus:in vijs : ⁊ hec dormiendo:
ambulando:ſtando: vigilando.
Deꝰ defendit inquā eos:ꝯ mū-
dū:contra carnē:contra tēpta-
mēta dyaboli. Defendit eos q̄
ad aiam:in intellectu memoria
⁊ volūtate. Quo ad corpꝰ ⁊ ſen
ſus exteriores:vt non ſinat eos
moueri nec opari aliqđ illicitū
⁊ inhoneſtū:vt tandeꝫ victores
ad optatā perueniant palmam.
Unde Iero.ad Demetriadeꝫ.
Deus nēpe:omniū rector ⁊ do
minus cū omni āgeloꝝ milicia
certamen tuū expectat:tibiq; ꝯ
dyabolū dimicanti:parat cor-



[illegible]nis coronā ⁊ celeſte p̄miuꝫ
[illegible]tū victorie facit.Huic
tanto ſpectaculo:vide quē aiuꝫ:
qui Xp̄ū debeas offerr̄:⁊ cer
taminis magnitudinē de expectā
tui [illegible]itate metire:h ille. ⁊
ſic patet ſcđa pars principalis.
Tertio principaliter reli
gionis conſiderare de
bemus electioneꝫ.Que
libet religio p catholicaꝫ ⁊ apo
ſtolicam eccleſiam approbata:
ſacra vtiq; eſt:ſancta ⁊ electiōe
digna. Quapropter quācunq;
intraueritis:ſi eius regulā ⁊ or
dinationes ſeruaueritis : ꝓcul
dubio in ſtatu ſalutis erunt aīe
me veſtre:⁊ ita libere ⁊ libenter
vos hortor:vt ad quā volueritis
ingrediami. Singulariter aūt ad
nr̄aꝫ magis inuito.Nā hec ſa-
cra nr̄a religio ē ꝑfectiſſima ſā-
ctiſſima ⁊ omni laude digniſſi-
ma. qđ quinq; euidentiſſimis
rationibus oſtendo.
¶Primo ratione inſtitutiōis.
¶Scđo rōne deſtinationis.
¶Tertio rōne pronunciatiōis.
¶Quarto rōne impetratiōis.
¶Quinto rōne terminatiōis.
¶Primo dico ꝙ iſta religio ē
preſtantiſſima rōne inſtitutio-
nis. Et probat̄ ſic. Illa religio
que p̄mo ⁊ principaliter eſſen-
tialiter ⁊ nominaliter eſt iſtitu-
ta ad predicationes:ꝯfeſſiones
⁊ ſtudium ⁊ ſaluteꝫ aiarum eſt
preſtantior ⁊ ſublimior tenens
primū ⁊ ſummū gradum inter
religiones.Tales eniꝫ actus cū
ſint ſpūales ſunt digniores cor
poralibꝰ:vt militare:ſeruire īfir
mis:paſcere pauperes ⁊ hmōi:
qꝛ aia eſt dignior q̄ corpus:ſi-
cut actus eſt nobilior potentia:
vt pꝫ per phm̄.vij.⁊.ix.metha.
Et iter ſpūales dignius eſt p̄di
care ⁊ docere q̄ cōtemplari vel
orare:quia nobilius eſt illumi-
nare vel calefacere q̄ lucere:vel
caliduꝫ eſſe ſm̄ Dionyſium in
libro de celeſti ierar. Et hoc tri
plici rōne. Primo qꝛ agere eſt
nobilior q̄ pati. vt patet i.iij.de
aia. Agere eni pertinet ad actū
pati vero ad potentiā vt habet̄
in.iij.v.vij.⁊.viij.phyſi.Sed illu
minare vel docē importāt actio
nē.lucere aūt paſſionem.Scđo
qꝛ quanto aliqua virtus ſe extē
dit ad plura:tanto eſt maior vt
habetur in libro de cauſis.Sed
lucere ⁊ huiuſmodi ſe tm̄ exten
dunt ad relucentem.illuminare
auteꝫ docere ⁊ huiuſmodi ſe ex
tendunt ad rem lucentē ⁊ ad rē
illuminatam ⁊ docere ad ſcien
tem ⁊ diſcenteꝫ:qꝛ vt dr̄ primo
Metha.in prohemio. Signuꝫ
ſciētis eſt poſſe docē. Tertio qꝛ
dr̄.iiij.methau.Tunc vnūquod
q; perfectum eſt : qn̄ pōt facere

ſibi ſiſte. Sȝ docens facit alios
doctos:non autem lucens tm̄:ꝛ
iter diuerſas doctrinas:docere
ꝓpter ſalutē aiaꝝ ꝛ res diuinas:
eſt digni⁹:q̄ȝ docē medicias ad
ſalutē corpis. Jō docē ꝛ p̄dica-
re:que ꝑtinent ad ſalutē aiaꝝ.i.
ſacrā paginā:ē nobiliſſim⁹ act⁹:
ꝛ ꝑ ꝯñs religio:que p̄mo ꝛ p̄n-
cipalr ordinat ad p̄dicationes:
ꝯfeſſiões.ꝛ hmōi ē digniſſima.
Et ſic pȝ maior. Sȝ religio nr̄a
p̄ncipalr eſſentialr ꝛ noialr ē i-
ſtituta ad p̄dicatões ꝛ ꝯfeſſiões
ꝓpter ſalutē aiaꝝ. Q̄ ō ꝓbat du
plicit. Primo diffinitione quid
nois:q: ſola h religio noiat reli
gio p̄dicatoꝝ:vt pȝ extra de ele
ctiōe.c.Cū veteri. Extra de p̄ui
le.c.in his. Extra de exceſſib⁹ p̄
latoꝝ.c. Nimis iniq̄.ꝛ.c.nimis
praua. Et de religioſis domib⁹
c.Sane li.vi.i clemētina. De ſe
pulturis.c.Dudū. Inſup h reli
gio:q: antiqor eſt eius iſtitutio.
Jō p̄or eſt aliis mendicantib⁹:
vt dicit.d. Joā.andre. in caplis
vbi.s̄. Et iteꝝ h ipſa religio pri-
or noiatur:vt ſupra. Et extra de
regularibus.c.nō ſolū in titulo.
Et extra de decimis.c.p̄dicato
ribus.libro.vi. Idem dicit dñs
archidiacon⁹.c. prealegato. Et
idem pȝ in omnib⁹ huius ꝛ pri-
uilegiis apoſtolicis:ceteriſqȝ re
ſcriptis q̄buſcūqȝ. Inſuꝑ h reli
gio:ceteris eſt arctior. Nā dicit
Petrus de palu.in.iiij.d.xxix.
Religio mendicantiū eſt perfe
ctior oi nō mendicante. Vide
d. Joānēȝ dñici q dicit. Nō ſo-
lum cartuſienſes: ſed cuiuſcūqȝ
ordinis fratres ad ordinem pre
dicatoꝝ poſſunt trāſire:ec ꝯuer-
ſo fratres p̄dicatores:ad alioꝝ
ordines nō poſſunt trāſire. Jo.
